

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Pharvs, Sive De Prodigiis Ignis Coelestibvs**

**Liebknecht, Johann Georg**

**Giessae, [MDCCXXI?]**

**VD18 10489231**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16834**

A. 206  
317

PHARVS,  
*sive*  
*DE*  
PRODIGIIS IGNIS  
COELESTIBVS,

*VT VULGO VOCANTVR,*

EX OMNI AEVO COLLECTIS,

*DISSERTATIO HISTORICO-MATHEMATICA,*

OCCASIONE

CORVSCATIONVM BOREALIVM,

NUPER VISARVM,

*PNA CVM*  
CAVSIS ET PRAEDITIONIBVS ISTARVM,

*QVAE,*  
*MODERANTE AVCTORE*

IO. GEORGIO LIEBKNECHT,

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE ET MATH. P. P.

VT ET ACADEMIAE CAESAREAE ET REGIAE

BORVSS. COLLEGA,

DIE XVI OCTOBR. MDCCXXI

AEQVO DISQVIRENTIVM SVBIICITVR SCRVTINIO,

RESPONDENTE

IMMANVELE WEBERO,


GIESSENSE, LL. CVLT.

---

GIESSAE,

TYPIS IOANNIS MÜLLERI.





Arbeitsblatt #13



Landesbibliothek Oldenburg

SERENISSIMO  
PRINCIPI <sup>ATQVE</sup> DOMINO,  
DOMINO  
ERNESTO  
LVDOVICO,  
LANDGRAVIO HASSIAE,  
PRINCIPI HERSFELDIAE,  
COMITI CATTIMELIBOCI,  
DECIAE, ZIEGENHAINAE,  
NIDDAE, SCHAVMBVRGI,  
YSENBVRGI ET BVDINGAE,  
RELIQVA,

PATRIAЕ PATRI,  
<sup>ATQVE</sup>  
DOMINO *suo* CLEMENTISSIMO,  
DISSERTATIONEM HANC,  
DEBITA PIETATE ATQVE SVBMISSISSIMA DEVOTIОNE  
CONSECRAT,  
RESPONDENS.



as 10 ( 50 )

**SERENISSIME PRINCEPS,  
DOMINE CLEMENTISSIME.**

**P**letas omnino exigit, SERENISSI-  
ME PRINCEPS, vt specimen  
hocce Academicum ad pedes  
TVOS



TVOS submississima veneratione de-  
 ponatur, *cuius* sub auspiciis Mu-  
 sæ nostræ in hunc usque diem con-  
 seruatæ, auctæ, immo ad maxi-  
 mæ felicitatis decus sunt prouectæ.  
 Varia quippe, quæ Musarum no-  
 strarum sedes fuit experta hucusque  
 impedimenta, e medio tollere, ean-  
 demque singularibus subinde ac pla-  
 ne egregiis exornare voluisti Le-  
 gibus atque Priuilegiis. Insignis TVA  
*Clementia*, SERENISSIME  
 PRINCEPS, eo vsque est progressa,  
 vt non Docentium solum, verum &  
 Discen-



Discentium commodis prospicere,  
clementissime largiterque placuerit.  
Iure igitur ab his, quibus immeritum  
me ausim addere, mitissime deposces,  
ut Exercitationibus Publicis, peroran-  
do atque disputando, virium expe-  
riantur tenuitatem & non indignos se  
commonstrent, qui sub *Tutela*  
*TVÆ mansuetudinis* adquiescant.  
En igitur, SERENISSIME  
PRINCEPS, duplici hic Ciuitatis  
vinculo iunctus Patriæ Academiæque  
Ciuis demississimo se cultu sistere au-  
det, TIBIque Exercitationem hancce  
Acade-



Academicam, varia *Cælorum Phænomena* continentem, in monumentum pectoris deuotissimi offert, atque  
vt propitio illud adspectu serenes,  
subiectissima pietate obsecrat. DEVM  
T. O. M. venerabor supplex, vt seros  
in annos TE, SERENISSIME  
PRINCEPS ac DOMINE,  
PATER PATRIÆ CLEMENTISSIME,  
vna cum  
PRINCIPALI PROSAPIA,  
in DEI T. O. M. honorem,  
S. R. I. incrementum, Patriæ eius-  
que Ciuium Salutem atque Tutelam  
seruet



( 50 )


seruet florentissimum, felicissimum.  
Ita supplex a NVMINE pre-  
catur

## *SERENITATIS TVÆ*

SERVVS HVMILLIMVS

IMMANVEL WEBER.





## Proœmium.

### §. I.

**H**UMANA NATURA non raro sui adeo immemor & prodigiosa fit, vt in interitum proprium quasi armata, tot inter terrarum incolas hinc inde nonnullos semper commoueat, regnum in regnum, gentes in gentem excitet; ecce non *Vniuersi naturam*, in tanto cœlorum ambitu contentam, ita dicamus, legum puta suarum immemorem, prodigiosam, & in se ipsam interdum sœuientem? Etenim *hac*, quantacunque sit, eum insimul in finem a D E O, ipso vniuersi statore, parata & exornata est, vt humanæ naturæ, veluti *dominæ* rerum naturalium, sit *ministra*: quotiescunque nunc homines suum cum humanitate naturam ponunt, vt hominibus fiant lupi, lupisque peiores, toties mirum non est, *dominæ* mores exprimere *ministram*. Vnde hic terra famem, illic pestem profert, inundationes cum resonante mari & salo grauissimas, periculosos singulis locis & temporibus motus, hominum anxietates, gentium in consiliis inopiam monstrat; alibi signa in sole, luna & stellis adparent, potestates cœlorum Luc. xx 1, 26. concutiuntur: & quia præ metu & expectatione malorum superuenientium homines adeo timidi fiunt, vt vel muscas præteruolitantes metuant, nunc ad nouas cœli facies, præsertim ardentes, exanimati penitus, quasi ad prodigiorum insolentiam exterren-

A tur



tur. Et ne sic quidem male. Interea naturæ diffiden-  
dum non est, multoque minus optimo maximo eius sta-  
tori, cuius dicta sunt non nisi adducta Ps. xxxiii. 9, illa  
semper manente suos intra limites, primitus ordinatos.  
Referat itaque memoria nostra posteritati tales cœlorum  
flammas & facies prodigiosas, memoret hiemem inten-  
sissimam, æstates præter modum sitientes, morbosas;  
nostenatum eo delirare non decet cum nonnullis, vt terram  
e.g. soli nunc vicinorem statuamus, vel illam nunc ab  
isthuc remotiorem, forte ob frigus in æstate, & æstum in  
hieme obseruatum, adferamus, vel integrum elemen-  
torum fidem immutatam nobis inepte persuadeamus.  
Quare etiam ex re esse putamus, vt ejusmodi phænomena  
penitus vna cum ipsa vniuersi natura respiciamus: & hæc  
quidem vt testatior fiat, libet primo tales cœlorum fa-  
cies ex omni ævo viſas recensere, mox illas adducere  
quas **V R A N I A G I E S S E N A** exhibuit d. **xvii.** Febr. & d. **I.**  
**Martii** ann. curr. simul cum aliis alibi; quibus tertio ra-  
tiones adjiciemus quantum ex ipsis scientiis quantitatius  
licebit. Sit ideo

## SECTIO I

**G E N E R A T I M I G N E S C O E L E S T E S E X O M N I**  
**E V O C O L L E C T O S , I S T O R V M Q V E P R A C I P V O S**  
**A V C T O R E S C V M C E N S V R I S D E B I T I S**  
**P R O P O N E N S .**

### §. II.

**E**st varia eiusmodi phænomenorum, quæ iam descri-  
pturi sumus, appellatio, à Græcis aliter, aliter a Latini-  
nis, Germanis & aliis, imo ab unius loci incolis pro ad-  
paritio-



partitionis, obseruationis diuersitate, & obseruantium conditione, affectu, ingenii lusu, diuersimode ipsis imposita (a); quæ tamen melius ex subsequenti tractatione cognoscitur. Sufficiat modo nobis antiquorum mos, qui omnino quotiescumque hæmisphærium coeleste vel solum vel integrum cum subiectis terræ partibus omnibus, & istas quoque ex parte tantum inopinato modo illustratum viderunt; toties eiusmodi phænomena, quæ nos hic generali nomine PHARVM dicimus, stellas cadentes, trabes, titiones, acontias schiesende Feuer-Flammen und Strahlen / xiphias, caratias, hippias, bolides, faces, clypeos, pithetes, chasmata, hiatus, candelas, capras saltantes, syrmata vel nominibus aliis (b) vocitarunt. Quemadmodum vero ex PHARO, seu turre ingenti fax in tenebris accensa, amplissimum horizontis spatium illustrat & facile proficiscentium noctu oculos incurrit: ita cœli ignes tanto maiori iure Pharum adpellamus. Neque ideo SENECÆ, fatenti se ignorare, cur ARISTOTELES tales globos igneos capras adpellauerit, nec aliis respondeamus, qui pro diuersa adpartitionis figura adpellant aliter: quandoquidem certo certius est, idem objectum vel e diuersis locis obseruatum, diuersimode in intuentium oculis pingi, imo fingi interdum. Et ne frustra ita phænomena talia adpellasse videamur, audiamus GREGORIVM TVRONENSEM (c), qui inter alia sic refert: erat, cum hac agebantur, mensis decimus. Tunc adparuerunt in caudicibus vinearum palmites noui cum uis deformatis, in

A 2

arboribus

(a) Conf. PLINIVS Lib. II. 28, &amp; alibi.

(b) E. g. VOLATERRAN. *Phasmata* vocat nec incongrue lib. XXXVIII. fol. m. 1420.

(c) In Libr. VI. Hist. Francorum fol. m. 339. edit. Parisinae opera RAVINARTI datae Anno CCCCCCXCIX.



*arboribus flores: PHARVS magna per cœlum discurrens, quæ, priusquam lux in die fieret, late mundum illuminauit. Est autem PHARVS insula quædam prope Alexandriam Ægypti (a), in qua turris ingens albo lapillo a Sostrato Guidio Ptolemæi Philadelphi auspiciis exstructa, in qua noctu accensæ faces nauigantium cursus dirigebant, quæ & ipsa PHARVS dicta. Quod nomen deinceps aliis insulis concessum & speculis, ad eiusmodi usum vel a natura vel arte extractis, PLINIO teste (b), ut quidem *Pic de Teneriffe* i. e. in insula inter Canarias monti ingenti, quem nauigantes ultra 20 milliaria, præsertim si flamas suas prodit, conspicunt, immo aliis rebus concessum (c). Ut ideo PHARVS dicto auctori atque nobis nihil aliud sit, quam splendor s. lux & coruscatio, quæ coeli & insimul terre nonnunquam spatium aliquod illuminat. Estque ille allegatus GREGORII locus nostris, quæ descripturi sumus, phænomenis eo conuenientior, quo nunc expressius addit: adparuerunt etiam in cœlo & radii, a parte Septentrionali columnæ ignea, quasi de cœlo pendens per duarum horarum spatium visa est, cui stella magna superposita erat. Quæ sane verba notatu dignissima censemus, infra demum conferenda cum recentissimis nostris cœli coruscationibus.*

§. III.

(a) De hac CÆSAR lib. III. B. G. c. 112. p. m. 500. Conf. Epit. Strabonis c. XVII. p. m. 217. edit. Anglic. PLINIUS Lib. XXXVIII. c. 12. SCYLACIS periplus p. m. 44. à IOANNE HUDSON edit. Oxoniæ vna cum aliis Geographis antiquis Græc. Volum. I. Fuerunt tamen & aliæ eum in finem ordinatae Insulæ, ita vocatae conf. Vol. II. p. m. 15.

(b) Libr. XXXVIII, 12.

(c) Sic e. g. TERTULLIANVS in libro extt. de pœnit. duas humanæ salutis pharos appellavit pœnitentiam & exomologesin.



## §. III.

Interim prodigia vulgo a scriptoribus vocantur, quia, vt CICERO (a) loquitur, ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt ostenta, portenta, monstra, prodigia; vnde SCALIGER vocabulum a prodigendo, siue porro agendo dictum censet: vtut etiam *prodigiosum* (b) pro rebus insolitis, inconsuetis tantum ponant nonnulli. Non ideo semper veteribus prodigia eiusmodi signa cum relatione ad diuina iudicia, eorumque effecta & eventus denotant, ceu quidem nonnemo nuper inepte satis censuit. Patet id ipsum quoque ex antiquis scriptoribus, qui de (c) ostentis exposuerunt, inter quos IVLIVS OBSERVENS & alii e veteribus existunt memorabilium autores Græci, editi à I. MEVRSSIO; quibus PLINIUS iungendus est in diuersis libri IIDI capitibus. Quamquam nemo facile negabit, multa inesse hisce libellis ethnici, quæ poëtarum figmentis, sacerdotum gentilium deliriis & adulacionibus adscribenda sunt; vt nihil dicamus de iis speciatim prodigiis, ceu vocarunt, quæ naturalium causarum nexum, ab ipsis maximam partem

A 3

ignora-

(a) Libr. I. de Diuinat. c. 42.

(b) TREBELL. POLLIO in Tyrannis c. 31. de Victoria ita dicit: *Studiose in medio feminas posui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigiosius passa est Resp. Roman.* vt alia loca prætereamus clarissima.(c) Hic cum POLIDORI VIRGILII de Prodigis Libr. III. IOACH. CAMERARII de Ostentis Libr. II. simul editus prostat Basil. CIO IO LII. in 8yo Conferantur GEORG. WEINRICHII, FORTVN. LICETI tractatus de Monstris, it. peculiaris tractatio de Monstris ALDROVANDI tomis de animalibus insertus, & ARNOLD. SORBINI Theologi Tholosan. *monstra* à Constantino M. vsque ad an. CIO IO LXXI CIO

ignoratum, nec ideo minus suis destinationibus aptum, admittunt. Et sic mirum non est, quando illis proximiores scriptores, vtut Christiani, quotiescumque talia in cœlo, præsertim ignis phænomena, intuiti fuerunt rariora, iisdem gentilium nominibus generatim consignarunt, vti quidem prædictus GREGORIVS in suis scriptis. Idem quoque de reliquis, a nostro aeo non adeo remotis, auctoribus intelligendum est, quos VOLETIVS (a) adducit & bene dijudicat. Spectant huc autor chronici prodigorum & ostentorum ab exordio mundi ad annum usque 1517, qui tamen inter prohibitos est (b), Benedicti Dubensis catalogus prodigiorum: quinque libri prodigiosarum historiarum gallice edit. Antwerp. anno 1595. (c), ALSTEDIVS in Chronologia (d) Contr. LYCOSTHENES in peculiari libro, ZVINGERVS in Theatro, Iob. FINCELIVS (e) & alii, qui, vt libros tantum suos undecunque collectis historiolis complerent, nescio quæ alia naturæ opera, vti quidem cometas, eclipses inter

---

(a) Vol. II. Disput. de Signis & Miracul. Part. I.

(b) Conf. Index expurgator. Urbani VIII.

(c) Horum primi auctor ibidem est P. BOISTEAV, secundi de TESSERANT, tertii & quinti de BELLEFOREST; quarti Roder. HOYER; prodierunt quoque alibi.

(d) Tit. XXXII, LIV. & CLV.

(e) Titulus libri ita se habet: Beschreibung und Verzeichnus schrecklicher Wunder- Zeichen und Geschichten: erat Doctor Medicinæ, qui Sec. xvi. Professor Philosophiae & Assessor Fac. Medicæ Jenam, indeque revocatus Vinarium, mox Cygneam, ubi hunc scripsit librum & vitam finiuit; editus est hic liber an. 1560. eiusque Carmina Tom. II. Deliciorum Germanic. occurunt p. 153. Cui adnumerandus est Casp. GOLDWVRM in wahrhaftiger Beschreibung aller Göttl. Geistl. Wunderwerken.



inter prodigia male retulerunt, nec non suam subinde rerum naturalium inscitiam prodiderunt. Patet inde illis scriptoribus magis fidendum esse, qui ipsi intuiti sunt phænomena, vtut ista nominibus prodigiosis vocarunt, quam collectoribus, qui interdum nouiter perterriti, nescio quæ inde sibi conceperunt miracula.

## §. IV.

Ne autem a scopo aberremus, multoque minus si dem historicam omnem hac prodigiosa scriptorum re censione labefactare videamur, quod temerarium esset, libet nonnulla phænomena antiquitus visa, sigillatim re censere, & dein quantum cum illis, quæ nostra ætas vidit, conueniunt, speciatim respicere: vnde non poterit non veritas, siquæ illis antiquorum collectionibus inest, cor robatori, & quod primum vltimumque, cognosci, an pro digiorum descriptioni antiquæ §. II. an vero rectius fe cundissimæ ac prouidæ naturæ, a Deo ita primitus ordi natæ, vt in dies res omni admiratione dignissimas pro ferat, adscribenda sint? Sic lapides cœlo delapsos, & cor Phæn. I pora alia magis concreta LIVIIS auctor fide dignus, & OBSEQUENS (a) ad annum ante N. C. 205. refert; hos etiam immensi ponderis post C. N. anno 823. multos homines & animalia quævis enecasse, itemque ann. 837, 1057. leguntur. Imo tales ad ouorum quantitatem quadranguli deciderunt an. 1197, & 1198, inque agro Abdua fluiio contermino, qui numero fuerunt 1200, ex quibus, referente CARDANO (b) unus 120. pondo, alias sexaginta delati fuerunt ad Regis Gallorum Satrapas pro miraculo plurimi, quorum color ferrugi neus,

(a) Cap. 40.

(b) In Libr. de varietate rerum



neus, durities eximia, odor sulphureus. Præcesserat autem in cœlo *ignis ingens* hora tertia, indicante LYCOSTHENI.

*Phen. II.*

(a) Interdum quoque vnicus tantum lapis decidisse legitur, ignitus tamen, veluti an. 650. massa carentis ferri ab occidente volitans, & an. 963. in Italia. Solent scriptores magnum sonitum & fragorem addere, ceu

*Phen. III.*

an. 1492. septimo Novembr. in Suntgouia Alsatiæ superioris limitibus prope Enfishemum oppidum, lapidi delapso duorum centenariorum cum dimidio, qui effossus deinde ac in eiusdem oppidi templo catena e loco sublimi suspensus & suo tempore conspectus dicitur a LYCOSTHENE (b). Sic an. 1496. inter Cæsenam & Bertoniorum ad 5. Calend. Febr. tres lapides adusti coloris horrendo sonitu e cœlo conciderunt, præcessit horum casum ingens sonitus & velut fragor ruentis materiae. Fuerunt qui tunc vnum fuisse crediderunt, cæterum suo calu in partes dissiluisse, id quod suo tempore LYCOSTHENE (c) ex litteris priuatim Venetias missis, prout & ex lapidis parte coloris adusti multis spectare illam volentibus in medium prolata: addit tamen auctor neque aurium neque oculorum sensus apud doctos æque valuisse. Idem (d) quoque glaciei multa frustra cum grandine delapsa narrat, illud præsertim ingens in Gallia ante solsticium æstiuum, aëre in tempestatem repente conuerso,

*Phen. IV.*

an.

(a) l.c. De lapidibus in Heluetia delapsis ad an. 1538. conf. STVMPFIUS in Chron.

(b) l. i. fol. 500.

(c) fol. 507.

(d) fol. 347. Vbi porro narrat ad an. 837. in Gallia ante solsticium æstiuum portentosam grandinem repente e cœlo cum frusto glaciei 12. pedum longo, latitudine fenum, & binum altitudine deiectam fuisse.



an. 1000 XXIV, cuius longitudo pedes quindecim, latitudo sex, & graffitudo duo.

## §. V.

Quemadmodum vero in his & subsequentibus, quæ ipsi non intuiti sumus, auctores sequi oportet: ita non æque ad præsentem scopum spectant, multoque minus nobis sermo erit præcipuus de corporibus in se visis, vel quo etiam modo in superiorem peruerent regionem? sed potius de nudis istorum adparitionibus & quantitatibus affectionibus aliis. Quare magis <sup>Phan. V.</sup> *huc spectant variæ figuræ*, quas antiquitas vidisse dicitur, e. gr. crucis vel in sole (a), vel luna (b), vel libere in cœlo sib variis coloribus suspensæ, vti quidem Henrico V regnante in Paschate cœlum vasto hiatu descissum, fulgorem nitidum demisit per horam integrum, in medio existente aurei coloris cruce; plura exempla, ab hominum ut plurimum vanis opinionibus ita vocata, ne quidem nominare libet (c). Illa saltem, si a Gentilium commentis recedamus, prætereunda sanguinei coloris crux non est, quam media nocte nativit. Domini an. CIO CXVII a Principibus Saxonie in nubibus visam R H E N A N V S fide alias dignus, manu propria, quam nobiscum habemus, & scriptor coævus adnotauit. Consentit etiam LYCOSTHENES (d) quoad figuram & annum, quo sc. B. LVTHERV S Wittebergæ theses suas publicauit; sed quoad reliqua minus conuenit, ceu quidem scriptores in eiusmodi visionibus solent. Eodem etiam loco habendi sunt tot gladii & enses, virgæ,

B

bom-

(a) an. 1157.

(b) an. 1156.

(c) Conf. LYCOSTH. fol. m. 403. item foliis 561, 529, 465, 453,

493, 547, 634 &amp; aliis.

(d) fol. 523.



bombardæ, rafra, instrumentaque alia, quæ venatores milites, ludimagistri, rustici in manibus & perpetuo visu habent, moxque ad cœli phænomena more suo anili referunt & ita vocitant, quasi reuera ibidem visa sint.

## §. VI.

Phan. VI.

Narrantur adhuc magis horribilia, vt pote varia hominum brutorumque species & actiones; quæ, si ita in cœlo fuissent obseruatæ, non potuissent non hominum animis horrorem iniicere, e.g. atri ille coloris *bos* in Pan-nonia ad horæ spatum visus, supraque magnum chasma positus, magnam ignis copiam in terram proiiciens, vt refert (a) **FINCELIVS**. Porro duos *leones* Heluetia vidisse dicitur an. **CIO CXLVII** grauiter inter se pugnantæ, quorum alter alterius caput auulsit, proinde vt eiusmodi pugnam, leonem inter & vrsam Augusta Vindelico-rum an. **CIO CXXVI** mense Decembr. visam profert. Testatur quoque **ALEXANDER** ab Alexand. (b) ex suorum memoria apud Comum, citerioris Galliæ urbem, antequam in Ponto Byzantium ab immanissimis Turcis terra marique oppugnaretur, circa an. **CIOCCCLIII** vergente ad occasum die, ingentem *canum* *multitudinem* fuisse per aërem delatam, post quam diuersorum pecorum armenta, species peditum primo leuis armaturæ, deinde hastatos, scutatosque, vt & *equites* in turmas diuisos, ingenti instructa acie, subsecutos, horis ferme tribus imaginem aduentantis exercitus præbuisse. Demum corpore procero *immanem* & formidabilem *hominem*, supra quem dici possit, veluti exercitus ductorem, terribili equo insidentem processisse, aliaque ludibria, addit autor, oculorum per inane adparuisse, ingentium malorum prænuncia, donec

(a) Ad an. **CIO CIX XXXXVI**.

(b) Libr. III. c. 15. p. m. 128. b.



donec nocte adpetente visio omnis illa dilapsa fuerit. Quæ cœli facies, si ita adparuit, vti a diuersis describitur, sat horrenda fuit. Accedunt etiam aliae diuersis temporibus *hominum figurae* in aëre obseruatæ, veluti ante Mauritii Electoris necem talis anno M D L I I I in vico quodam viri proceri imago inter nubes adparuisse fertur, a quo pauperrimam cœpit manare sanguis, deinde ab eius corpore emicarunt scintillæ, teste FINCELIO: etiam viri illi duo d. XXI V Iul. M D L I V cataphracti, quales fuerint, quos in aëre circa noctis horam decimam Palatinatus superior ad Bohemicam syluam vidit, stellis pectore signatos, inuicem dimicantes, suis spectatoribus & scriptoribus (a) linquimus. Præterea *totas hominum cateruas* ac turmas apud eosdem scriptores diuersis annis legimus (b), vti quidem anno MDXXXXVII duo exercitus apud Heluetios visi fuerunt, sed in aëre tantummodo dimicantes hastis suis atque gladiis, & anno post Saxonia denuo tales in aëre concurrentes hostes obstupuisse, vti & regiones aliæ creduntur. At magis mirandus dies XI Iul. anni M D L I V , qui, si testi FRITSCHIO (c) fides est, in Pago Blech, quinque fere milliariis a Norimberga distante, *virgam sanguineam* in sole stitit, cum stellis s. globulis lazureis, vt LYCOSTHENE S vocat (d), quos multa equitum turma vexillis lazureis, se inter-vtrinque ad duas fermie horas in aëre hostiliter concurrens, subsecuta est: immo inter istas aëreas dimicationes, *clamores* in cœlo bellicos, vel potius phantasmagoricas.

## B 2 fias

(a) MARC. PRITSCHIO in Meteorolog. &amp; Lycosthene fol. 638.

(b) ex. gr. ann. XXVII post C. Nat. ann. 10 CCLXXVIII, 10 CCCIII, 10 CCCCLXXIX, quo V. Cal. Nou. ignæ acies in cœlo visæ dicuntur per totam noctem.

(c) l. cit.

(d) l.c. fol. 636.



tias, & victrices dimicantium conditiones, quasue alias timidiores spectatores se obseruasse, sed forte eodem modo, quo in præcedenti diximus, id est plane fictio, produnt (a), quas ideo sedulo præterimus. Siquidem nec desunt varia animalium, vti quidem camelorum, imagines (b), immo nauium pugnæ, anno M D LXXXIX Amstelodami conspectæ in ære ante solis occasum, quæ narrantur MAZOTTO (c). Talis quoque est facies in Hispaniæ quodam oppido die septimo Februarii M DXXXVI circa horam secundam noctis, referente FINCELIO, obseruata, quæ cœlo aquoso ac nubilo duos adolescentes armatos præbuit gladiis congregientes, quorum unus habuit in leua manu parvam, aquila insignitam, cum inscriptione: *regnabo*; alter vero scutum prælongum, cum inscriptione: *regnauit*. Verum, cum Monomachiam instituissent, ille aquilam habens, prostrato hoste victor demum euasit (d). Habemus quoque inter eius.

(a) LYCOSTHENES ad ann. C I O CCCXXXV. fol. 553 & 556.

(b) An. C I O LVI.

(c) Licyensi a Nauali in Tr. de Triplici Philos. Naturali edit. C I O CLIII. in 8uo. L. I. p. m. 54.

(d) Habet hanc faciem LYCOSTHEN. fol. 558 & prorsus eandem ad ann. C I O LVI in Hungariæ ciuitate Babatscha die VI Octob. visam, vna cum arcu, dupli sole, & insignibus Imperatoris Turcici. Ut ut vero circumstantiæ istæ in Hispania obseruatæ non sint; tamen hic Liber C I O CCV, cum glorioissimus Imperator noster in Hispaniam contra Philippum, Galliæ regis nepotem, qui tunc regnum occupauerat, proficeretur, ansam interpretandi, & applicandi hanc visionem præfenti itineri dedi. Vnde & liber iste Lycothenis pro 100 flor. conquirebatur, ab auidis Cæsariorum subditis, Aquilæ victoriæ, vi quidem huius Phænomeni, instare sibi certo persuadentibus.



elias t  
n mo  
fici  
Siqui  
m ca  
anno  
e solis  
uoque  
ebrua  
erente  
duos  
quo  
aitam  
alon  
Mo  
trato  
inter  
eius  
edit  
ndem  
ie vi  
ibus  
iste  
occv,  
contra  
oc  
ap  
nde  
ab  
qui  
us.

eliusmodi phenomena figuram Christi, pendentis in cruce cum latronibus, ne forte cœlum quid ipsum omitteret, in terra notabiliter factum, illic denuo representandum: circa quam crucem, cœtus hominum, quasi Apostolorum, ceu PEVCERVVS in Teratosc. FINCELIVS, NICOL. MELDERVS, FLACIVS ILLYRICVS aliique ad annum MDXLIX. Cui historiæ alii procerum virum habitu & ornatu principis germanici, sed cur non Turcici cuiusdam in oppido Voitlandia visum addunt, cum leone & agno se mutuo complectentibus. (a)

## §. VII.

Quis cruces purpureas (b), aliasue coloris omnes <sup>Phan. VII.</sup> recenseat? Vnicum exemplum ex FINCELIO notamus, quo die XIII Junij CIO D LIV hora quinta pomeridiana insimul concurrentes magno numero globi ignei ab austro & aquilone ad boream dicuntur solis splendorem obnubilasse, & postea trabes duas transuersas, rubei plane coloris in sole fuisse conspectas. De compluribus solibus iunctim visis periheliis, quæ itidem inter prodigia, itemque de maculis nigricantibus, quarum hodie sufficientem habemus notitiam, nihil amplius libet addere. Est tamen inter istas vix prætereundus ille globus igneus, qui anno CIO I D XLVII per tres dies post meridiem in cœlo comparuisse, solemque adeo obscurasse fertur, vt stellæ etiam conspectæ fuerint. De hac obscuratione LUDOV. AB AVILA, militiae Alcantarenis & equitatus cæsarii præfectus, intimusque Cæsaris consiliarius, qui omnibus bellis vel cor-

B 3

pore

(a) LYCOSTH. fol. 60z.

(b) conf. illam ante obitum Friderici Electoris Saxonici &amp; Coniugis eius Sibyllæ ap. MICI. SAXIUM in der Räyser-Chronic part. IV. fol. 371.



pore vel consilio interfuit , ipse testatur (a) , Cæsarem , inquiens , eo tempore de aëris iniuria conquestum memini , qui diceret vicinis hostibus a caliginosis nebulis perpetuo se infestari . Et quanquam hic stellas non cogitet , quas in castris forte nebulosis minus percepit , quam remotiores potuerunt : sunt tamen illa non minori admiratione digna , quæ subinde prodigia refert (b) , ut Romanensium castris & religioni addictus ipse vocat . Quo etiam anno , die xxiv Aprilis non tantum in Saxonia , Thuringia , Misnia , sed apud nos etiam in Heluetia , dicit LYCOSTENES (c) , sol non tristi modo , sed plane sanguinolento vultu ad quatuor fere integras horas magno multorum stupore visus est . Ad dit auctor notanter : Quem diem , cum in Calendarium meum Historicum annotassem , deprehendi postea eodem die Iohann. Fridericum , Saxoniae Principem , sanctissimum atque constantissimum in fide heroem , ad Mulbergam à Cæsare in clade cruenta captum esse . Meminit huius adspectus solaris 10 H. SCHLEIDANVS (d) , quid? quod ex Pontificiorum viris sunt qui verbis notatu dignissimis rem dicunt , alii diem hunc reliquis longiorem putarunt , uti GEORG. FABRICIVS Chemnicensis (e) , in primis lumen solis sanguineum per dies septem referunt , & nonnulli sunt (f) , qui rebus ipsis interfuerunt iamiam gestis , solem velut sanguinolentum adparuif-

---

(a) In Bello Germanico Lib. II, p. m. 265. edit. Argentoratensis.

(b) Lib. II, p. 265.

(c) fol. 596.

(d) In Comment. de Statu Relig. & Reipubl. Lib. xix. fol. m. 422.

(e) In Rerum Misnicar. Lib. I, p. m. 32, vbi lumen solis sanguineum pridus septem durasse dicit.

(f) Conf. Eorgauische Chronica MSta , quam nobiscum habemus cum pluribus circumstantijs ad hunc annum & diem.



paruisse (a), & inter alia autor cit. dicit: *hoc idem, folis  
cruentam faciem dico, repetitis atque enumeratis diebus, quo  
die pralium secundum Casar fecisset, Norimberga, & in agro  
Taurino, & in Gallia, quemadmodum rex ipse postea retulit,  
animaduersum est.*

## §. VIII.

Non minus de Lunæ variis adspectibus, quos exhibuit, itemque de draconibus volantibus, quos LIBERT. FROMONDVS quoad formam & circumstantias alias, experientia roboratas, definit (b), deque stellis cadentibus, globulis ignitis, per cœlum subinde vagantibus, potuissimus loqui: siquidem tales *diurno tempore* ad Salam visos; apud FINCELIVM legimus (c): prout vero hæc talia phænomena, *Phan. VII.* quæ magnam partem ex imaginatione hominum formantur, & facile inuicem cum aliis meteororum ignitorum constitutione confunduntur, huc per §. V. non spectant: ita & de nocturnis globulis, hemisphæriū non raro illustrantibus, nil amplius indicamus. Quod etiam eiusmodi lu- *Phan. IX.* centia corpora instar *magna cuiusdam stellæ* interdum per certum tempus fixa hæserint in hemisphærio, testis nobis GIESSEN A nostra est, cui posteaquam Maio mense iam prouecto, an. cīc 15 cīl VI Galliarum & Suecorum copiæ maximæ hunc locum vndique ideo cinctum tenebant, vt propediem æquarent terræ, adparuit d. viii mens. Iunii, mox ante meridiem hora decima, quod mirandum, multorumque hominum obtutu testatum opus! stella clarissime supra oppidum splendens, veluti instantis auxiliī diuini signum. Constat enim die quinto post inte-

grum

(a) Verba hæc sunt LUDOVICI ab AVILA lib. II. p. 265. Conf.  
LAMB. HORTENSII Montf. de Bello hoc lib. VI. p. m. 284.

(b) In Meteorologicorum lib. II. p. m. 51.

(c) ad annum cīc 15 cīl XVII cit. I.



grum Gallorum Suecorumq; exercitum formitabile locum reliquisse. Res sane notabilis est, & digna ob alias circumstantias huc spectantes, vt ex prodromo (a) solennitatum Iubilæi nostri Academici, ex Serenissimi & Potentissimi Principis nostri ac Domini Nutritii mandato an. c15 10 ccvi celebrati, adscribatur, verba ita se habent: Vieler anderer Wunder-Güte zu geschweigen/ so ist es gewiß ein Wunder vor unsern Ohren / daß anno 1646 zu Ende des Monats Maii die Königl. Franzöfische/Schwedische und andere mächtige Armeen , diesen unbewaffneten Parnassum rund umher umzingelt/ und beschlossen hatten/ denselben zu zerstören/ der HERR aller Herren am 8ten Tage des darauf gefolgten Monats Junii Mittags um 10 Uhren/ einen hellen Stern/ welchen viel hundert Personen geschen / über diese Stadt aufgehen liesse / und dadurch dem beängstigten Musen-Sie die bevorstehende Göttliche Rettung verkündigte: wie denn auch den 5ten Tag darauf/ diese formidable Kriegs-Heere / hiesige Gegend unvermuthlich verlassen / ohne durch menschlichen Arm dazu obligirt worden zu seyn. Ja da eben diese Armeen einen Monath darauf sich wieder alhier einfunden/ und diese Stadt an 4 Orten anzufallen resoluirt waren/ schickte der HERR der Heerschaaren / der Bogen zerbricht und Spieße zerstögt/ am 24 Junii einen grossen Donner-Hagel-Wetter- und Schlag-Regen/ daß das Wasser dergestalt hoch in dem Lager angeloffen/ daß die Pferde sich von deren Stangen los gerissen/ theils in der Lehne ersoffen/ theils sonst zerstreuet / und die Soldaten alle dadurch erschreckt.

---

(a) Prodiit Giessæ anno c15 10cc xix.



schreckt worden / daß viele bekant haben / daß GOTT vor diese Stadt streite : wie denn auch die Armeen wenig Tage hernach aufgebrochen / und ohne weitere Rückkehr fortgeeilet. Ipsi nonnullos ciues hoc tempore , quo isthæc prolata fuerunt, superstites nouimus , qui id de stella hac, deque desertis copiarum prædictarum castris diserte confirmarunt.

## §. IX.

De *capris saltantibus* supra vocatis §. 11 , quos PLINIVS , ARISTOTELES adfert , vt & de *trabibus ardentibus* , quarum magnam copiam vbiuis terrarum ætas vidit, peræque tacemus, præter quod laudatus FROMONDVS (a) adducit , a fido teste , inquiens , nuper audiui , autumno anno 130 cxxv ingentem trabis molem , intempesta nocte ab occasu exortam , paulatimque ad cœli culmen euectam , lunam clarissime splendentem infuscaste . Imo trabes interdum de ph. xii cœlo cadere interdiu visæ sunt ; quo sine dubio illæ spectant , quas *ligna ignita* vocant cum DIONE de excessu Aug. vbi sol insimul totus defecisse , magna pars cœli arsisse , crinitæ & sanguinolentæ stellæ fulsisse dicuntur . Dietim quoque trabes adparuerunt , tempore Conradi II (b) inter australem & orientalem plagam miræ magnitudinis , quarum vna per solem currens iam ad occasum vergentem , in terram cecidit , cuius vestigia diu videri potuerunt . Exinde quoque totum cœlum horrendo spectaculo arsisse ph. xi .

C

mam

(a) l. c. p. m. 95.

(b) Ann. c. 39 8 idus Apr. conf. LYCOSTH. fol. 375.

(c) Vti quidem ann. CCCLXI, CCECLIII, CCCCLIV, &amp; aliis.



Ph. XII.

mam magno lumine ab Euleusine illuxisse, sonitum quoque ac vocem toto Trisiaco agro ad mare usque exauditum fuisse. Percipimus talem sonitum & fragorem insuper ad an. **CIO CXLIV** relatum, vbi prima Febr die Cathalani Galliae urbis post lustrationem exercitus quam rex Galliarum eo loci fieri mandauerat, incendium vehemens ab orientis parte subortum, ad occasum vergens, lunæ se in modum maximæ facis obiecit, sicut incendium hoc, magno cum fragore scintillas in ærem crebro proiiciens flammiferas, non aliter, ac fabrum candens ferrum mulcere intendit (a). In primis vero ad instans **aquinoctium vernale** tale exhibuisse lunæ incendium, veluti eodem anno Schaluni nobilis & militaribus aptissimi denuo Galliae oppidi, sexto idus Martii intra septimam & octavam horam pomeridianam circa lunam ignis ardens, cui lanceæ cuspis inesse videbatur, ab oriente in occidentem vergens, flamasque hinc inde eiiciens, cum incenso fragore. (b)

## §. X.

Ph. XIV.

Fuit tamen incendium tale, etiamsi in cœlo & inde ex parte delapsum obseruauerint homines, non raro **innoxium**, vti quidem illud an. **CIV** ante N.C. cum magno fremitu & pila cœlitus delapsa obseruatum. Prout etiam fax illa Romæ interdiu sublime volans, & flamma inde Larum a fastigio ad summum columen penetrauit innoxia: (c) ita & an. **CIO CXLVII** a fine lio indicantur ignes in quibusdam Saxonie locis de cœlo cecidisse in terram, vbi nulla incendia notantur. Tales quoque ipsos ante aliquot annos obseruauimus in his atque aliis locis

(a) Lycosth. fol. 634.

(b) fol. 636.



locis Thuringia. E contra vero legimus eiusmodi cœli Ph. XV.  
 spectacula magnum *in terra incendium excitasse*, sique  
 præsentissima iræ diuinæ fuisse indicia. Exemplum nobis  
 denuo Lycosthenes (*a*) exhibet, Erfordia, dicens, *ad*  
*solem visa sunt parelia. Trabs ardens horrendæ magnitudi-*  
*nis in cœlo conspecta est, quæ desuper in terram sese demit-*  
*tens, consumat plurima.* Quid vero reliqua verba velint,  
*inde reversa in aërem formam circularem induisse*, alii iudi-  
 cent, nos saltem ostentum hoc alibi vix legimus. Autor  
 quidem ad an. 1510 xx refert, & porro dicit: *proximo*  
*anno Turca cum ingenti exercitu Hungariam invadens Al-*  
*bam Græcam proditione cepit, Lutherus hæreos in comitiis*  
*Wormaciensibus accusatus sese veritatis Euangelicæ testimo-*  
*niis, coram imperio Romano defendit &c.* Verum enim  
 vero nos neque in GVDANI historia Erfurtensi (*b*), nec in  
 Chronico Erfurtensi MSto quod ex instructiss. Bibl. Gene-  
 rosiss. Domini de VFFENBACH Fautoris & Amici certissimi,  
 possidemus, quicquam de isthoc ostento inuenimus, vtvt  
 hic autor res longe minores & minimas, incendia, isto-  
 rumque initia, quæ hisce annis Erfurdum æque ac vici-  
 na loca vexarunt, sedulus referat & insuper notet (*c*)  
*es wäre auch ein mächtiger heißer Sommer gewesen/*  
*nihilominus wäre 4 Wochen vor Michaëlis ein Frost*  
*gekommen/ vnde etiam parum vini hoc anno creverit.*  
 Vnde sane dubium non est Lycosthenem etiam in hoc  
 ostento atque aliis humani quid passum fuisse, nimiumque  
 pro more hominum rumor concessisse. Quam ob rem o-  
 ptandum omnino esset, vt autor alias laude sua dignus, cura-  
 tiori examine prostet, aliorum testimoniis munitus; pro-

C 2

ut

(*a*) fol. 527.(*b*) fol. m. 328.

ut quidem IVL. OBSEQUENTEM §. IIII. adductum, multis  
olim obtenebratum erroribus, possidemus nuper Lugduni  
Batav. editum, an autem quoad hanc rem omnis ad-  
hibita sit cura, id aliis diiudicendam linquimus? Per-  
petuum etiam, quod in eiusmodi collectoribus deside-  
ramus, est, quod nullam tempestatum aut ventorum alia-  
rumue mox adparentiarum vel antecedentium vel conse-  
quentium fecerint mentionem, vnde certius quid nobis  
colligere liceat. Potius exinde humanos casus & infor-  
tunia, regnorum fata & quæ alia sunt minus apta  
enarrant & ad nauseam usque deblatterare solent. Ad  
præsens etiam Phænomenon referendum videtur terræ  
motus & ignis ex ipsis fundamentis templi Hierosolymitani,  
quod Julianus in odium Christianorum iussit restaurari,  
exiliens, aliisque de cœlo imminens ignis obser-  
vatus, quem adeo omnium scriptorum fide probatum  
mittimus. Illud tantummodo ignem adhuc nostræ Gießæ  
fatalem cogitamus qui an. CIO IO LX d. 27. Maii cœlitus  
delapsus, **uf dem Aster-Weg eine Scheuer angezündt**  
von welchem hernach innerhalb 2 Stunden 64 Ge-  
häut die Schoppen und Stell nicht mitgezahlet/ vt Di-  
arium MStum Gießenum quod mecum habeo, refert.

## §. XI.

Ph. XVI.

Quemadmodum vero ignes cœlestes circa Aequinoctium vernum crebroius obseruatos suisse §. IX. indica-  
uimus: ita tales quoque *ad autumnale legitimus*. Sic enim  
in diario Gießeno MSto, quod alibi laudaui, legi-  
mus: anno CIO IO CXXI. d. 2. Septemb. des Nachts um  
zehn Uhr hat sich ein Feuer-Zeichen (ita enim vulgus  
vt plurimum loqui solet) am Himmel fast die ganze  
Nacht durch sehen lassen/ hat sich unterweilen wie ein  
Heer-Lager und Haussen Kriegs-Volk mit langen  
Spies



**Spiessen sehen lassen** sc. quod phænomenon vti vulgo  
cum exercitu militum solet comparari, ita illi nuperius  
viso & infra perlustrando, non erit absimile. Interea no-  
tatu dignum est quod hie autor refert ad hunc & præ-  
cedentem tunc ann. c 1515 c xx, Es haben im Herbst um <sup>Ph. XVII.</sup>  
S. M. Apostoli Tag etliche Hagedorn ashier bey  
der Stadt geblühet. Id sicuti non iusto tempore factum  
est, autor pro sua simplicitate multa inde sibi malorum  
præfagit, quid vero nos sentiamus, infra indicabimus.  
Imo quoque post æquinoctium ipso hyemali tempore ta- <sup>Ph. XVIII.</sup>  
les adparentias dari, nemo negabit, sicuti nos ipsi eiusmo-  
di Observationem dedimus, (a) nec tales per omnia  
anni tempora posse occurrere negamus, vtvt crebrius  
circa æquinoctia occurrant; modo vbius debita adhibe-  
atur cura. Siquidem certo certius est, eiusmodi spectacu-  
la non semper eodem modo in diuersis obseruari hori-  
zontibus, licet vicinis admodum, nec eandem obseruantib-  
us exhibere speciem; quid? quod a diuersis saepius in <sup>Ph. XIX.</sup>  
vno horizonte existentibus spectatoribus, diuersimode vi-  
deri iisdem diuersisue temporibus, constat. Vtrumque egre-  
gie monstrat experientia & demonstrat **STVRMVS** (b) &  
quidem exemplis recentissimis. Quod si nunc res ita se  
habet in Cometis, de quibus autor loquitur, necesse est  
tale quid saepius evenire in præsentibus phænomenis, quip-  
pe quæ ideo ita dicuntur, quod interdum non sunt, sed  
esse videntur, & longe inferiora existunt, quam cometæ,  
vti infra patebit.

## §. XII.

Provt vero hæc generatim dicta sunt de obseruatis  
ignibus cœlestibus, non indicata certa ab autoribus, quos

C 3

tantum

(a) Conf. Acta Erud. Lips. an. c 1515 ccxi. p. 325.

(b) In egregio tractatu de Cometaium natura & motu Cap. II.  
phæn. IV. p. m. 8.



tantum ex verbis suis iudicare oportet, cœli plaga, nec illa saltem, quam præcipue huc respicimus, septentrionali: ita nunc ad istam properamus. Etiam præcipua tantum adducemus phænomena septentrionalia, quæ & ad eas coruscationes, vti putamus, deducunt ex natura cognoscendas, quas hæc ipsa monstrauit & monstrare valet. Intelligimus autem per septentrionem non illum præcisè angulum in cœlo, quem Nord vocamus, sed & respectu inicularum regiones, quæ per hunc angulum cum ambitu suo notabili distinguntur ab aliis, puta meridionali, occidentali & orientali. Nec etiam aliis litem mouemus, qui lucem inter ac lumen, vel inter istius species varie distingunt, & an verus ignis, an istius tantum speciem hinc inde adfuisse quæsitant? sufficiat nobis utriusque heic certa adfuisse signa, donec ad certiora perueniamus.

## §. XIII.

ph. xx.

Est autem certo certius ab antiquissimo inde tempore in hac plaga tale quid sæpiissime obseruatum fuisse, siue nunc lumen sit, fulgor, coruscatio, siue verus ignis. Huc procul dubio illud spectat Poetæ (a) effatum:

*ignota obscura viderunt sidera noctes  
ARDENTEM QVE POLVM flammis calidjs  
volantes*

*Obliquas per innane faces, crinemque tremendi  
Sideris, & terræ mutantem regna Cometam.*

Vbi autor res diuersas deprædicat, quas singulas sane cometæ attribuere non possumus, veluti istius proprietatis minus aptas. Tantum etiam abest, vt quis ardenter polum ita poëtice expressum pro ardente cælo exponat, cuius ambitum in spho præced. omnino ita ardentem

(a) Apud LVCANVM l, r.



tem cognouimus, vt potius corruscationes Polares, seu pro autoris loco, septentrionales intelligamus, quas oculi nostri per aliquot annos quam maxime pre reliquis plagi ardentes quasi intuiti sunt. Et quanquam cœlum arsisse sæpius dicant autores, hasque dictiones Cometis attribuant; tamen cum magna distinctione exemplo DIONIS §. IX allegati, loquuntur. Et ne quidem GREGORIVS TURRONENSIS, vbi (a) dicit, *stellam, quam quidam cometam vocant, radium tanquam gladium habentem, super regionem illam per annum integrum adparuisse, & cœlum ardere visum esse*, satis apte intelligendus est, quasi de cometa fuit locutus. Quandoquidem vix credibile est, verum cometam ullum tam diu adparuisse; vix etiam tres inter omnes quos orbis vnquam vidit, reperiuntur, qui in sextum usque mensem durarunt, illo unico excepto qui teste IONI PHOHE Hierosolymitanum excidium praevtit, totoque anno comparuisse dicitur. Quanquam & istum nos non sine causa ex genuinorum cometarum ordine cum viris doctis eximere oporteat; quia hoc igneum portentum, quod vrbi Hierosolymitanæ imminiebat, parum huius vertici abesse debebat; alias non magis hanc, quam alias Iudææ vrbes indicasset: fuit itaque non aliter ac stella, quæ olim Magis adparuit, singulare quoddam, vt BRAHÆVS iudicat, (b) diuinitus ordinatum ad premonendos cives Hierosolymitanos de instantibus horrendis clibanis nisi resipiscerent, ostensum, unde prodigiosam admodum naturam quoque obtinuit. a stellarum & cometarum conditionibus longe exemptum. Sed ad nostrum vt reuertamur

phano-

(a) In Hist. Francor. lib. IV. fol. m. 172. vbi alia adhuc horrenda tempore Sigeberti visa refert.

(b) Tom. I. Prigymnas. p. m. 330 &c 626.



phænomenon, de hoc dicit GREGORIVS (*a*) ad an. DLXXXIX  
*bis diebus adparuerunt a parte aquilonis nocte media radii multi,*  
*fulgore nimio relucentes, qui ad se venientes iterum se-*  
*rabantur, usque quo euauerunt. Sed & cælum ab ipsa*  
*septentrionali plaga ita resplenduit, ut putaretur AVRORAM*  
*producere. Vocat autor in sequentibus fulgorem ex nube*  
*delapsum dyfenteriam figurasse, lues & morbos alios pesti-*  
*lentiferos, in tertium tunc annum continuatos; quam*  
*sane adpellationem nos valde notabilem censemus, quali*  
*tales fulgori, quem auroram putarunt, nubes & radii, in-*  
*de esurgentes adfuerint, quales nuper percepimus. Imo*  
*ad ann. DLXXXV dicit: (*b*) tunc adparuerunt signa, id est*  
*radii a parte aquilonis, sicut sapienter solent. Fulgor*  
*per cælum occurrisse visum est, floresque in arboribus ostensi*  
*sunt. Vbi addit: erat autem mensis quintus i. e., Iulius*  
*quia autor, contra mentem SCALIGERI, inde a Martio nu-*  
*merat; (*c*) quare siue Iulium nostra mente, siue Au-*  
*gustum quis intelligat, ab Aprili mense numerans, sa-*  
*tis constat tempestates anni perinde ut §. XI. indicauiimus*  
*non fuisse tunc constantes & ordinarias, quia flores his-*  
*ce mensibus dederunt minus ordinarie, imo quoque*  
sterile

Ph. XXI.

Ph. XXII.

(a) Libr. VI. fol. m. 308.

(b) Libr. VIII. fol. m. 381.

(c) In emendat. temporum lib. VI. ubi euincere quidem vult  
 à GREGORIO annum ecclesiasticum inchoari a mense *Aprilis*; cui opinioni fauere videtur Sacramentarium Gallicanum, quod ex MST. codice vetustissimo Bobiensis Monasterii à MABILLONIO editum est ad calcem tom. I. Mus. Italici: sed recte cum RVINARTO censemus Gregorium à *Martio* facere initium numerandi menses; id quod etiam MABILLON. probat ex antiquis Liturgiis & Martyrol. Lib. II. Liturg. Gallic. num. xxii p. 118.

*sterile tempus* ibi autor indicat, quo radii isti ab aquiloniē adparuerunt. Hic quoque locus euidentissimo nobis esse potest argumento, quod ita à septentrione venientia phænomena hoc tempore hominibus fuerint frequentissima ac vulgaria; siquidem autor quasi dicere voluit, eiusmodi rectius, quotiescumque non habeant additam plagam, vnde illuxerint, sicuti quidem id sèpissime ab autoribus fit, toties se subintellectam velle septentrionalem illam. Quam ideo, ut & alias huius generis *luces* s. *luculas* rectissime vocamus *AVRORAM septentrionalem*, fulgores, arcus, *CORVSCATIONES* boreales germ. *Nord-Licht / Nord-Schein* &c.

#### §. XIV.

Vti autem, missis fabulosis & timidioribus cœli imaginibus, de coruscationum loco ex antiquitate certi sumus, itemque de tempore, quo maxime adparuerunt antiquitus, circa æquinoctium puta vernale §. X. & autunnale §. XI: ita non incongruum est, vt indicemus etiam alias circumstantias. Sic ex. gr. quæ æstiuo tempore adparuerunt, tempestates & fructus complures quasi extraordinario modo productos nobis exhibent, id quod ex præcedenti ph. XXII. & XXVII. patebit. Nec etiam mirum, si vniuersi natura interdum §. I. prodigiosa sic facta e. g. tempestates adeo ad extrema dirigat, vt nunc frigus inconsuetum, nunc calorem intensissimum profenant, & tales consequenter protrudant tempore minus consueto in arboribus flores, in hominibus animi corporisque varias infirmitates aut affectiones alias. Antequam vero ad reliqua pergamus, necesse est, vt indicemus plagam septentrionalem non raro alias etiam faces suspendere,

D

quæ

ph. XXIII.

(a) cap. ix. fol. m. 382.



quæ ad stellarum modum lucent, nec semper cometis,  
nec præsentibus coruscationibus accensendæ sint. Id  
quod tamen ob frequentem antiquorum incuriam nota-  
mus, qui, vt plurimum rerum istarum ignari, multa eius-  
modi corpora lucentia vel cometas, vel sæpius & inconsi-  
derate, prodigia vocarunt §. 111; prius HEVELIUS, WIL-  
GELIUS atque alii valde taxant: posterius vero tot pro-  
digiorum numerum §. 11 auxit. Vt autem nouum for-  
te incuriæ exemplum insimul detegamus; nam plura, si  
vel possemus detegere, locus non permittit, constat LEO  
VITIVM (a) stellam in septentrione visam, quandā luci-  
dam circa Cassiopeæ sidus ad an. 1264 referre, vti in anti-  
quo codice MSto legerit; imo PONTANVS, FVNCCIVS, &  
alii ad eundem annum eandemque cœli plagam cometam  
referunt insigni magnitudine præditum, vtvt CALVISIVS (b)  
mente Iulio visum cometam dicat an. 1264. hunc  
vero LYCOSTHenes vltra tres menses visum inter prodigia  
habet (c) extinctumque dicit eadem nocte, qua Vrbanus  
IV Rom. Pontif. fuerit extictus Perusii nimirum d. vii.  
Octobr. 1265 (d): vnde necesse est, aut duos statuere come-  
tas, alioquin ad sedecim menses adparuisset contra §. XIII.  
vti Prodigiorum collatores more suo entia præter ne-  
cessitatem multiplicant, aut istum non adparuisse prædi-  
cto anno, aut saltem non desiisse cum morte Urbani  
Papa

(a) Quem TYCHO ob Epemeridum & Tabb. Astron. laborem  
adeo laudat conf. Progymn. tom. I, p.m. 331.

(b) In Opere Chronol. f. m. 817.

(c) fol. 439, conf. BALÆVS in actis Romanorum Pontif. lib. VI.  
p.m. 312.

(d) CALV. l.c.



Papa (a). Interea hunc cometam STANIS. LVBENICIVS (b) itidem ad an. 1264 refert, ut hanc nostram observatio- nem omiserit. Nos inde saltem in Prodigiorum Collectoribus incuriam & vanam illorum multiplicationem notamus.

## §. XV.

Sed ad coruscationes nostras Boreales ut reuertamur, libet nunc solum GREGORIVM sequi, qui hic ipse tales sa- piissime intuitus est, & ideo hac in re tanto magis §. IIII. æsti- mandus, quo minus his aniles imagines & phantasias §. IV. affingit, sed verbis, vti ipse vidit, pro sui temporis genio sim- plicibus describit. Imo has ita describit, vt cum nostris ho- dienum uisib[us] apprime conueniant, id quod ex ipsa rela- tione patebit. Sciendum autem est, illas *in una regione* frequentiores quam in aliis, imo fere uno tempore quam alte- ro, indicatas fuisse a scriptoribus. Notanter dico indicatas, non obseruatas: potuit enim esse, vt alii scriptores ex rei frequentia phæn. XXII vel ex inanibus & vanis vul- gi relationibus, quibus historias suas noluerunt contami- nare, vel ex negligentia causisque aliis tales non consigna- uerint. Sufficit tantummodo nonnullos adduxisse auto- res, qui fidem habebunt eo maiorem, quo certiorem, si cum phænomenis nostro a[u]o uisib[us] infra comparabimus, habent nexus, & quo certius est, autores ipsos has intui- tus fuisse per §. IIII. Vnde sane temerarium esset, si in dubium vocaremus statim coruscationes ipsas ideo, quod non a multis insuper fuerint consignatae, & quod multas inter nugas apud nonnullos prostent; cum potius has remouere, & illos curatius intueri oporteat. Quod assertum ipsum attinet, confirmat hoc SENECA

D 2

expres-

(a) Conf. PLATINA f. m. 196. & MART. POLONVS p.m. 412. qui nullum in istius Papæ morte cometam cogitant.

(b) In Histor. Cometarum fol. m. 242.



expresse dicens; se non semel flammam ingentis pilæ vidisse in ipso cursu dissipatam. Notabile etiam semper nobis visum est seculum VI a Christo N. vbi per plures annos fere continue in Gallia, (vnde minus solide non nemo nuper indicauit tales coruscationes in hisce oris raro visas fuisse,) obseruatæ leguntur. Veluti quidem ad. 15LXX. Cal. Octob. quantumuis alii hanc lucem ve-  
 lint ad an. DLXII ex circumstantiis aliis referre, sed fal-  
 so, ceu alibi constat. Itemque an. DLXVI *fulgor per cœ-  
 tum discurresse visus est, sicuti quondam ante mortem Chor-  
 thacharii factum vidimus*, dicit GREGORIVS (a). Vbi prius illud phænomenon etiam aliorum confirmari posset te-  
 stimoniis, & posterius hoc ipse dicit autor, quod sèpius obseruatum fuerit. Sic anno DLXXVII sub Chilperico II. no-  
 tabile signum apud eundem (b) his verbis legitur: *in cœ-  
 lo adparuerunt, viginti radii à parte aquilonis, qui ab ori-  
 ente surgentes, ad occidentem properabant; ex quibus unus  
 prolixior & aliis supereminens, ut est in sublime elatus, mox  
 defecit; & sic reliqui qui secuti fuerant, evanuerunt.* Et eodem anno porro hic autor dicit Nou. idus III. *in me-  
 dio luna stella fulgens visa est elucidare, & super lunam alie-  
 stella propinqua; lunam eodem anno in nigredinem versam:*  
**Ph. XXVII.** (c) vnde mirum non est, quia ad tempus solstitii hy-  
 malis vna cum tonitribus grauioribus id factum legimus,  
 anno mox DLXXX quiescentibus pluviis, arbores denuo flo-  
 ruisse mense Septembre in Turonico eodem anno (d) &  
 quidem ex ratione phæn. xxiii indicata, nec mirum porro,  
 mane,

(a) In Hist. Franc. lib. IV. cap. LIII fol. m. 194.

(b) I. c. Libr. v. Id. 228.

(c) Cap. 24. pag. 235.

(d) I. c. pag. 242.



mane, priusquam dies illucesceret, *fulgorem per cælum cucurisse*, & ad orientis plagam decidisse, sed & sonitum diruentis arboris, per totam terram auditum fuisse. Sunt haec verba auctoris, rem ipsam oculis & auribus percipientis, quod, vti addit, ideo non est de arbore astimandum, quia in quinquaginta aut amplius millaria est auditum. Conuenit cum hisce MARIVS ad annum DLXXX præter quod Septembris loco mensis October ibi legatur. (a) Duobus annis post Chilteberti Regis, qui erat Chilperici & Guntchramni vicesimus & primus mense Ianuario pluviae, coruscationes atque tonitrua gratia fuerunt, flores in arboribus ostensi. Ph. XXIX. sunt: stella, quam cometam superius nominaui, adparuit, ita ut circuitu eius magna nigredo esset. Et illa tanquam in foramine aliquo posita, ita inter tenebras reucebat scintillans, spargeensque comas. Prodibat autem ex ea radius mira magnitudinis, qui tanquam FVMVS magnus, incendii adparebat Ph. XXX. à longe Vifa est autem ad partem occidentis in hora noctis prima. In die autem sancto Pascha apud Suessonas civitatem cælum ardere visum, ita, ut duo adparerent incendia: & unum erat maius, aliud vero minus. Post duarum vero horarum spatium coniuncta sunt simul, factaque Pharo magna, legunt alii, testante Dn. RVINARTO igne. Idem habet integrum caput FVLBERTVS, vbi & verum sanguinem ex nube defluxum, in Paridifico termino, & super vestimenta multorum hominum delapsum, veluti prodigium progenio illius temporis profert. (b)

## §. XVI.

Nec desunt alia exempla, luculas illas, nostro æuo vias, quam egregie collustrantia, quæ auctor autóπλης protu-

D 3

(a) Lib. VI. C. 14. ad an. DLXXXII fol. 290.

(b) fol. 291.



*Ph. XXXI.* protulit, & simul assertum in præcedenti §pho proposi-  
tum comprobat. Spectat huc prædicto anno luna in-

ordinate inumbrata, & cum hac varii naturæ lufus ac  
adparentiæ, quæ sedulo istius scrutatori magnam suppe-  
ditabunt veritatis lucem. Sed de hinc circa an. DLXXXII  
denuo prædicta signa iterata adparuerunt. (a) Ut vt huc

autor referat, pro illius temporis genio, etiam §. III.

lunæ eclipsin. Porro an. 1588 III. pridie cal. Febr.

*Ph. XXXII.* dicit GREGORIVS (b) cum die Dominico apud urbem Turoni-  
cam ad matutinas signum commotum fuisse, & populus sur-  
gens ad Ecclesiam conueniret, cœlo nubilo, cum pluia globus

magnus ignis de cœlo delapsus in spatio multo concurrit in

aera, qui tantam lucem dedit, ut tanquam media die omnia

*Ph. XXXIII.* cernerentur, quo iterum in nubem suscepto, nox successit.

Aqua vero extra solitum inualuerunt; nam tantam inunda-  
tionem Sequana, Matronaque circa Parisias intulerunt, ut  
inter ciuitatem & basilicam Sancti Laurentii naufragia saepe  
contingerent. Quomodo vero globus iterum in nubem

susceptus queat dici, forte infra dicendum erit. Præte-

rea annis 1588 IV & 1588 V duo illa chasmata adpa-

*Ph. XXXIV.* ruerunt §. XIV recensita, vt & an. 1588 IV pharus magna

per cœlum discurrens, quæ priusquam lux in die fieret  
late mundum illuminauit, adparuerunt etiam in caro ra-  
diis. A parte septentrionali columna ignea, quasi de cœlo

pendens, per duarum horarum spatium visa est, cui stella

*Ph. XXXV.* magna superposita erat. (c) Radios, quos autor circa an.

DLXXXV a parte aquilone visos describit, (d) sunt notatu

ideo

(a) l. vi. fol. 295.

(b) l. c. fol. 299.

(c) Libr. VI I. C. XI. fol. m. 339.

(d) Lib. VIII C. XVII fol. 390.



ideo dignissimi, quod cum coruscatione, quas nos vidimus hoc anno prorsus conueniunt, ceu quidem Sectione sequenti videbimus. De magno etiam metu & sibi & spectatoribus exinde injecto ita dicit: *quod signum magnum nobis ingessit metum.* *Opperiebamur super nos ali quam plagam de cælo transmitti.* Causas vero huius metus vberius explicat cap. xxiii & sequentibus ubi arsisse cœlum indicat, id quod infra nobis explicandum erit & simul dicendum, quod ista phænomena iterum quam optime cum nostro æuo istiusque corruscationibus conueniant.

### §. XVII.

Sunt adhuc plures coruscationes, quas GREGORIVS ad an. DLXXXVI & (a) fulgorem per cœlum in modum ser- Ph. XXXVI.  
pentis cucurrisse refert. Vbi tamen, quæ immediate præmisit, verba maximopere notanda, *hoc*, inquiens, anno, multa signa adparuerunt; nam mense septimo i. e. per §. xiiii Septembri, arbores visæ sunt floruisse: sed & multæ, quæ prius poma habuerunt, noua dederunt, quæ usque ad Phan. Natalis Dominici tempora in ipsis arboribus habita sunt. Sic & an. DLXXXVII ibidem radii a parte aquilonis adparuerunt, imo ex aliorum relatione serpentes ex nube delapsos refert, cui ipse tamen fidem non habere videtur: & denuo arborum frondes nouæ & poma nouiter visa præcesserunt. (b) Hoc ipsum FREDEGARIVS (c) confirmat, Phan. & inter alia inundationes fluminum in Burgundia præcessisse xxxviii. globum igneum, qui cum scintillis & rugitu decesserit in Ph. XXXIX. terram. Porro refert insolidas pluuias, grandines & circumstan-

(a) Lib. viii fol. 413.

(b) Libr. ix. fol. 421.

(c) In Chronico seu Adpendice ad Gregorium an. DLXXXVII fol. m. 598.



Ph. XL.

cumstantias alias, *hiemem validam* (a) quas omnes circumstantias dein an. D XC noua coruscatio nocturno tempore exceptit, ut media putaretur dies, & globi ignei per noctis tempora saepius per coelum cucurrisse ibi mundumque illuminasse dicuntur. Potuissent in ulteriore confirmationem asserti nostri, quo iterum iterumque constabit, cunctas fere quae vidimus tempore nostro coruscationes antiquitus adfuisse ex FREDEGARIO & aliis adduci testimonia, si necessitas postulet, quippe qui e. g. ad an. D XC V pariter permulta addit signa, stellam quoque quam cometam vocant sol. 601. & ad an. 10c illa cuncta quae superiori anno adparuerint np. D XC V I I I, vt parum ad istum annum legatur, itemque globis ignei per coelum currentes & ad instar multitudinis hastarum ignearum ad occidentem.

Ph. XLII.

## §. XVIII.

Provt vero istae coruscationes omnes fere a septentrione adparuerunt, & easdem hodie maximam partem exinde veniunt, ceu infra videbimus: ita in terricolis quo magis versus Boream habitant eo frequentiores sunt & illustriores. Constatre id putant ex meteoris in Norvegia & Islandia obuiis Dnn. Miscellaneorum Berolinensium (b) collectores, & putant eiusmodi luculas ibidem quotannis adparere. Id ipsum quoque ex pluribus itinerariis & istarum regionum septentrionalium descriptionibus potuisset probari. Vbi & vno tempore maiores ibidem videntur, quam alio, adeo quidem, ut nunc a compluribus spectatoribus queunt percipi, nunc minus, sicuti nunc altiores existunt in hemisphaeri ambitu,

(a) lib. 476.

(b) Ap. c10 10 ccx evolus. p. 131.



ambitu, nunc depressoress hærent. Hinc recte quidem Clariss. Societatis Berol. collega putat, illam luculam inter 1 & 11 Febr. c. 10 1000 vii. Hafniæ visam, humilem oportere fuisse & vicinam suo observatorio, quod Pilenburgi duabus ab Hafnia leucis, multo clarius & magis spectaculum fuerit, unde, dicens, adparet illic magis verticale fuisse: quodsi autem ad tam exiguum spatium ita concludit, etiam generaliter posse concludi, per æque concedimus.

## §. XIX.

Quoad colorem, motum & figuram notamus, talem non solum in prædictis phænomenis, sed & aliis varie obseruari, & quidem pro nubium aliarumue rerum vel in inferiori, vel superiori aëris regione volitantium, ratione & mutu; vt figuræ interdum sanguineæ, iterum pallidæ, interdum ignitæ instar teli cuiusdam, vt dicitur, Louis, hinc inde nutantis, adparuerit, modo fumi adspectum in cuspides abeuntis, moxque priorem faciem vel penitus, vel retenta illa, adhuc aliam simul adsumferint. Fuerunt etiam tales mutationes citæ admodum, vt vix potuerint vel a GREGORIO, vel aliis distingui & æstimari; interdum quoque sub vna specie & colore sat diu perstant: quales coruscationes saepius referunt milites, qui ideo si excubias agunt, dubii hærent, an ab incendiis, an ab hostibus, an aliunde tales sint? & saepissime turbas excitant, vel cum recordatione eines Feuer-Zeichens gleich als ein abgebrandes und noch in die Höhe loderentes Licht ic. ita reticent. Est fere idem, quod ex GREGORIO ph. XL. supra indicauimus: etiam hæc forte sunt illa incendia, & sumus, & radii serpentes, quos supra §. XVII. retulimus. Vnde motum omnino varium diximus, quia legimus tales radios procurrentes, moxque ad se venientes; quales

E

phæn.



**Ph. XLV.** phæn. xx ex GREGORIO exhibuit inquietos & nictantes inter tempestates & ventus, non aliter ac alibi flammæ & candelæ nictare quasi solent. Vnde IOVIANVS recte canit :

— — — —  
*Leue in æreum se tollit acumen  
 Consurgens grauiora suo se pondere ad imum  
 Detrudunt, donec cunei sub imagine flammam  
 Concipit & rudilus micat inter sidera conus.*

**Ph. XLVI.** Imo spectant hoc scintillantes & nictantes illi gladii & coni, quales apud LYCOSTENEM ad an. CCCXCIV & alios varie referuntur; & sicuti fulgura in genere dicuntur nictare non aliter ac alibi in ciliis & palbebris obseruamus iuxta LVCRETIVM

**Ph. XXVII.** Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ, ita tanto minus miramur in recensitis phænomenis motum & varias formas, huc usque recensitas, nec ideo infra multis examinamus. Sic etiam tales radios viginti ab aquiloni motos iam phæn. xvi indicauimus, ex quibus unus prolixior & aliis ita supereminens, ut & in sublime elatus, mox defecerit. Qui radii sane ubi cum nostris mox recensendis, conferuntur, ne ouum quidem ouo, ut loquimur, poterit esse similius. Quid? quod stellas hisce adfuisse ph. XXXIV & XXIX audiuius; ubi & arcus ternebricosus egregie describitur, ex qua non solum stella relucebat scintillans, sed & radios ex se proiecibat; quo singula spectant, quæ §. XIII ex hoc ipso autore adducta sunt, & dein §. XVI repetuntur. Ut vero isthac similitudo coruscationum, qua de §. XVI locuti sumus, adhuc fiat certior, omnino notari merentur, quæ GREGORIYS (<sup>a</sup>) his refert verbis : *cum autem in loco illo commoraremur, vidimus*

---

(a) Lib. VIII. c. XVII fol. m. 390.



vidimus per duas noctes signa in cælo, id est radios a parte aquilonis tam clare splendidos, ut prius sic adparuisse non fuerint visi: & ab utraque quidem parte, id est ab Euro & Zephyro, nubes sanguineæ: tertia vero nocte quasi hora secunda adparuerunt hi radii, Et ecce dum hos miraremur adtoniti, surrexerunt a quatuor plagiis mundi alii horum similes; vidimusque totum cælum ab his operiri. Et erat nubes in medio cæli splendida, ad quam se hi radii colligebant in modum tentorii, quod ab imo ex amplioribus incæptum fasciis angustatis in altum, in unum cuculli caput sepe colligitur. Erantque in medio radiorum & alia nubes, cœn coruscum, valide fulgurantes.

## §. XX.

Potuissemus hanc antiquitus visarum coruscationum conuenientiam vterius ex aliis confirmare literarum monumentis quæ apud LEIBNIZIVM (a), Celeb. SCHEVCHZERVM (b), atque alibi prostant, nisi istarum quoque exhibenda sint rationes; priusquam vero ad commonstrandæ has pergamus, magis adhuc necesse est, vt ex solo isthoc GREGORIO, quem præ omnibus cœn ocularem testem §. XVI. simplicioribus verbis rem istam, remotis anilium significationum recensionibus, describentem scimus, generales heic quasi conclusiones formemus, mox in iida Sectione speciales, & denique cum causis ipsis specialissimas. Id quidem tanto lubentius facimus, quia in hoc insuper auctore præ aliis multis inuenimus nonnullas tempestatum, ventorum, aliorumque phænomenorum indicationes, quas aliquem cum vniuersi natura & coruscationibus ipsis nexus habere scimus, & nihilo secius quam veteres

E 2

tam

(a) In Miscell. Berolinensibus obs. xi. p. 137.

(b) In egregia Meteorol. Helvetica Tigur. edit. 1717 CCXVII.



tam recentiores prodigiorum collectores omiserunt, solum horridas figuræ, quasi relationem semper habeant ad diuina iudicia §. 111, gentilium more describentes; vbi tamen nunquam non seculi genio quid condonandum esse censemus. Ne autem dissertationis limites transgrediamur, libet tantummodo indicati Seculi §. vi annorum 32 complexum, inde ab an. DLVII reputatum, usque ad DCC, respicere. Exinde igitur colligimus

## Conclus. I.

primo: *nullum fere annum intra predictum complexum esse, qui non vel ipsam coruscationem, vel huic simile phænomenon dederit, aut saltem intra breve spatiū tale quid per certas & insolitas terræ aut cœli adparitiones, quas obseruationes dicimus, præsignificauerit, vel tales cum ista coruscatione, vel post hanc statim exhibuerit.* Testis nobis est laudatus GREGORIUS (a) qui ab anno indicato facit initium dicens: *sub huius tempore vuas in arbore, quam sambucum vocamus, absque vitiis coniunctione natas vidimus: & flores ipsarum arborum, quæ nigra, ut nostis, grana proferre solita sunt, racemorum grana dederunt. Tunc & in circulum luna stella quinta ex aduerso veniens introisse visa est.* Reliquam annorum, sibi inuicem succendentium, seriem, supra ex parte indicatam, denuo euoluere non libet, ne crambem bis coctam adposuisse videamur; multo minus phænomena ipsa, quæ tanquam signa nonnunquam coruscationes vel præcesserunt, vel cum his adparuerunt, vel subsecuta sunt temporibus aliis, anxie rimamur, quasi certo tale quid significarint: sufficit enim ejusmodi signa apud scriptores nostros occurrere, quæ coruscationes mox ita excepisse leguntur, ut ad cognitionem aliorum tem-

porum

---

(a) Libr. IV. c. IX. fol. m. 148. vna cum PREDEGARIO I. c. f. m. 567.



porum forte liberiorem aditum præbere valeant. Vnde & parum curamus nexum, quem hæc inter & coruscationes sibi quisque aptiorem reputabit, quippe quæ singula aliorum Scholis disquirenda relinquimus; quamvis & nostram sententiam infra insimul commonstraturi sumus.

## §. XXI.

Vt autem ipsas nunc intueamur coruscationum nuncios, comites & veluti pedissequas, concludimus i ido Concl. III. Terra mugitus & tremores, montium scissuras, aquarum inundationes, grauia tonitrua, luminarium obscurationes in solitas & alia hue referri debere. Hæc enim sunt inter præcipua signa, quæ ph. xx illud circa an. DLXX præcesserunt & quæ autor (a) ita describit: *in Gallia magnum prodigium de Taureduno castro adparuit, quod super Rhodanum fluuium in monte collocatum erat. Qui cum per dies amplius sexaginta nescio quem magitum daret, tandem scissus, atque separatus mons ille ab alio monte sibi propinquo, cum hominibus, ecclesiis, opibusque ac domibus in fluvium ruit, excluso que amnis illius litore, aqua retrorsum petiit. Vbi magnas narrat inundationes, quas tamen adhuc pluribus describit MARIUS (b) vna cum horrendis damnis, ac si mons iste validus in territorio Vallensi subito ruerit, castrum, cui vicinus erat, & vicos cum omnibus ibi habitantibus oppresserit, & locum in longitudine LX millium & latitudine XX millium ita totum moverit, ut egressus vtraque ripa vicos antiquissimos cum hominibus & pecoribus vastauerit; alia sedulo præterimus, id saltem notantes Marium ista omnia referre ad an. DLXIII. vnde & illum §. xx complexum ex merito ampliorem*

E. 3

consti-

(a) Lib. IV. cap. XXXI. fol. 171.

(b) Auenticensis in Chron.



constituimus, quam quidem necessitas postulare videatur. Tres etiam aut quatuor *splendores magnos* circa *solem* mox adducit; vnde denuo autorem æquum adparentiarum vulgarium æstimatorem debemus vocare, quando addit; rusticos tales vocare *Soles* & dicere: ecce *tres vel quatuor Soles in celo*. Sic quoque ante nostrum phæn. xxvi narrat, Cainone (a) Turonico vico, dum ipso *surrectionis dominica die missæ celebrarentur ecclesia contremuit, populusque conterritus a pauore unam vocem dedit, dicens, quod ecclesia caderet. Quales tremores uti non per omnes annos sentiuntur: ita tamen sæpiissime tales coruscationes præcessisse autor habet.* Mare quoque ultra modum egressum ante *soles*, & *splendores circa solem* sicuti ante præcedens ph. *graui tonitrua* atque alia, adparuisse indicat. (b) Quare & rectissime si VRMIVS subinde terra motus antecedere fragores, beatus & mugitus &c. obseruauit. (c)

### §. XXII.

*Concl. III.* Huc porro i i i spectant *pluuiæ & tempestates* quævis insolitæ, *sonitus in aere perceptus* cum incendiis & ventis, arbores non iusto tempore efflorescentes, *fluminum intumescientia, terræ motus, brutorum furores, locustarum quoque frequentia &c.* quæ omnia vel immediate coruscationes præcesserunt, vel cum hisce simul venerunt. Sic enim ph. xxvi supra indicatum præcesserunt diluuia magna, nec per dies duodecim cessarunt pluuiæ: tantaque inundatione

---

(a) Libr. v. cap. xvi i i fol. 221. vbi RVINARTVS addit castrum esse ad Vingennam positum, quod Chinon adpellaretur, vnde recentiores *Chinonium* corrupte efformarint.

(b) Cap. xxiv. fol. 235.

(c) In Philos. Ecclæst. exercit. xi. ph. 121. p. m. § 45.



datione Limane (a) est infusum, vt multos, ceu autor refert, ne fementem iacerent, prohiberet. Flumina quoque Liger, Flauarisque & reliqua ita intumauerunt, vt terminos, quos nunquam excesserant, præterirent. Sic Rhodanum cum Arari ripas excessisse cum multorum hominum pecorumque damno refert, item quiescentibus his pluuiis arbores floruisse, sonitum per totam terram auditum fuisse, vna cum terræ motu supra indicato. Legitur quoque hoc anno vrbs Burdegalensis a terræ motu concussa, & id quidem non vna vice; siquidem multi tunc ad ciuitates alias transierunt metu mortis exterriti. Tremor etiam ad vicinas ciuitates porrectus est, & usque Hispaniam attigit, sed non tam valide. Hunc quoque motum autor prorsus notabilem facit, quando ulterius scribit; *quod inde de Pyreneis montibus immensi lapides sint commoti, qui pecora hominesque prostrauerint, & Vicos Burdegalenses incendium diuinitus ortum exusserit ita, ut subito comprehensè igne, tam domus quam area cum annonis incendio ceremarentur; nullum penitus incitamentum habens ignis alieni, nisi forsitan iussione diuina.* Ut alia incendia taceamus, ibidem insuper pergraues leguntur grandines. Quæ autem ad ph. xxx de vero sanguine ex nube deflu xo, narrat, de ipsa forte coruscatione intelligendum & ex sequentibus ipsis verbis explicandum est, si inter alia dicit: *tribus locis hoc prodigium adparuit; in Siluanectensi vero territorio hominis cuiusdam domus, cum ille mane surgeret, sanguine respersa ab intus adparuit;* ceu id infra erit indicandum. Leguntur denuo superius indicatae

---

(a) Lib. v. cap. xxxiv. fol. 241. vbi eam intelligit autor Arverniæ partem. quam etiam nunc Limaniam adpellant.



cata signa (a) vna cum terra tremore apud Andegauum, vnde & muri vrbis Suessonice corruerunt ; addit autor : *infra muros Burdegalensis opia ingressi lupi canes deuorauerunt nequaquam homines metuentes : per celum ignis discurrere visus est , Vafatensis ciuitas incendio concremata.* Sic pariter ad phæn. xxxii refert, aquas extra solitum inusuisse, & tantam inundationem Sequanam Matronamque circa Parisius intulisse, vt inter ciuitatem & Basilicam S. Laurentii naufragia sape contigerint. Sic & ante phæn. xxxiv grauis locustarum vastatio in prouincia Carpitania obseruata fuit (b), vt non arbor, non vinea, non silua, non fructus aliquis aut quicquam viride remanserit, quod non à locustis euerteretur. Itemque lues magna, quæ maxime apud vrbem Narbonensem validius defæuiebat, & iam tertio anno, quod ibidem adprehenderat populos reuertentes a fuga graui hæsit morbo, consumti sunt; quo malo insuper Albigenis ciuitas laborauit. Locustæ etiam ex Carpitania hoc anno prægressu ad spatium, cuius centum quinquaginta extenditur millia longitudo, latitudo vero in centum millibus determinatur: mense Ianuario rosæ visæ sunt: circa solem circulus magnus adparuit, diuersis coloribus mixtus: pruina grauiter vineas exvffit, tempestas & grandines, siccitas immensa fructus consumxit. Arbores quæ mense Iulio poma protulerunt, mense Septembri fructus alios dederunt. Morbus pecorum iteratus inualuit ita, vt vix quicquam remanserit. Tales etiam flores tempore extraordinario reproductæ, pharum illam magnam ph. xxxiv præiuerunt.

Quemad-

---

(a) L. vi. c. xxii. fol. 295.

(b) An. DLXXXIV. lib. VII. c. XLIV. fol. 320.



Quemadmodum igitur STVRMVS (*a*) terræ motus antecessisse dicit, aliquando comitata esse meteora ignita, solis obnubilationem, puteorum, fontium turbationem &c. itemque quadrupedum auiumque secessionem &c. ita & vice versa hæc singula antecedere & comitari potuerunt ex GREGORII nostri relatione coruscationes.

### §. XXIII.

IV. obseruamus, *hac omnia non solum dicta phæno-* *mena præcessisse* vna cum aliis, quæ alibi ad ann. DLXXXVI, DLXXXVII, DLXXXIX & alios vbertim leguntur, & nos ob breuitatis studium omittimus, *sed etiam immediate secuta fuisse*, veluti coruscationum pedissequas, vti quidem arbores intempestive florentes, frondes nouæ, hiems valida, flumina vltra modum excurrentia, pluuiæ, grandines, venti & alia (*b*). Præsertim in hoc sensu accipienda sunt quæ phænom. XLVII illud secuta sunt (*c*), & mox nōnum indicarunt, nempe magnaæ hoc anno pluuiæ, amnes littora excedentes, & propinquas segetes ac prata operientes: vbi & vernales astuique menses tam *inrigui* fuerunt, *ut hyems magis putaretur, quam astas;* itemque cap. XXIV leguntur duæ hoc anno insulæ in mari diuinitus incendio concrematæ, quæ per dies septem cum hominibus pecoribusque consumtae subuertebantur. Nam, addit, *qui in mare confugerunt, & se in profundum precipitarunt in ipsa, quæ mergebantur, aqua consumebantur: graviorique suppicio, qui non confertim emittebant spiritum, vrebantur, redactisque omnibus in fauillam, cuncta mare operuit.*

F

Quæ

(*a*) L. c. phæn. XIIII p. m. 558.

(*b*) conf. fol. 516.

(*c*) Lib. VIII & XXII fol. 395. conf. cum cap. XVII fol. 390.



Quæ subsecutæ fuerunt coruscationes heic pluribus describuntur, & iam supra sunt indicatæ.

## §. XXIV.

Ob. v:

Prout insuper terræ motus & meteora ignita non raro, obseruante S T V R M I O (a), exceperunt pestes, infectiones, fames, seditiones & id genus multa: ita & illud ex. gr. phæn. xx tanta exceptit hominum strages, ut nec numerari potuisset, quanta ibidem fuerint, ceu autor refert (b), legiones; numerata etiam fuisse quadam dominica in vna B. Petri Basilica trecenta defunctorum corpora. Erat & ipsa mors subita; nam nascente in inguine aut in ascella vulhere in modum serpentis, ita inficiebantur homines illi a veneno, ut die altera aut tertia spiritum exhalarent. Ut alias circumstantias, nubilum cœlum, annonæ caritatem, validos imbre, hominum rebelliones, bellum atque alia taceamus, quæ subsecuta fuerunt. Præter alia etiam ad Phæn. xxvii & illum terræ motum atque sonitum superius §. xxii indicatum, leguntur; nempe circa Bituricam ciuitatem pergraues grandines, lues grauissima, dysentericus morbus per Gallias pene totas, & valida cum vomitu febris, renunque nimius dolor, caput graue vel ceruix (c). Ea vero qua ex ore proiiciebantur colore croceo, aut certe viridis erant: a multis autem adserebatur venenum ocellatum esse. Rusticiores vero corales hoc pulsulas nominabant, quod non est incredibile, quia misse in scapulis siue cruribus ventosa, procedentibus & erumpentibusque vestis, decursa sanie multi liberabantur: sed & herbae, qua venenis medentur, potius sumta plerisque praesidia contulerunt. Dicitur infirmitas

hac

(a) L. c. p. 558.

(b) L. c. fol. 172.

(c) Libr. v. c. xxxv. fol. 243.



hæc a mente Augst. initiata, paruulos adolescentes abri-  
puisse. Quam dein cœlum ardens fecutum, & cum hoc  
fluiorum inundationes, venti concurrentes, itemque co-  
meta, denuo lues grauis & alia.

## §. XXV.

Neque tamen hæc secuta antiquitus leguntur coru-  
scationes, tanquam primarias causas; multo minus censem-  
dum est, ac si omnes æque regiones, quæ prædicta phæno-  
mena cœlestia obseruarunt, etiam istiusmodi malis mox  
fuerint afflictæ: quandoquidem ex plurimis fere exem-  
plis contrarium patet. Vbi interdum angustior tan-  
tummodo regio hinc inde tales e.g. morbos experta est,  
ex causis insuper aliis, ad eundem prope modum, quo  
vnius rei plures rectissime adsignare possumus & debe-  
mus: interdum prorsus nihil istorum malorum legimus.  
Vnde sane non minori æque iure coruscationes quantas-  
cunque, in se consideratas ac solas, pro morborum causis  
habemus, quo alibi GREGORIUS auem illam Corydalum,  
quam alaudam vocat, inter prodigia refert, quæ in  
vigiliarum matutinarum festiuitate luminaria extin-  
xit (a): quod ridiculum prodigium prædictam §. xxiv.  
hominum stragem ibidem exceptit. Imo regiones illæ  
septentrionaliores, vbi quotannis eiusmodi luculæ ad-  
parent §. xvi i i, præ aliis regionibus versus au-  
strum maxime fitis, ideo esse feliores inter omnes  
constat, quod raro admodum sanguinentibus morbis vel  
contagiosis infectionibus sint expositor. Sed hæc mo-  
do ex antiquitate obseruare voluimus, ne quoties-  
cunque tales videmus coruscationes sub septentrione,  
a parte lactei circuli, *ventos istos, & astum & sc-*

F 2

cita-

(a) Lib. iv. cap. xxxi. fol. 172.



*citatem, & mortes veluti a principio solo venire dicamus cum VOLATERRANO (a): interea hæc singula nos ad præsens quo continemur, & cum transfire iubent. Sit igitur*

## SECTIO II.

### IGNES COELESTES NOSTRO AVO VISOS, ESTORVM QVE OBSERVATIONES SPECIALES SISTENS.

#### §. XXVI.

**Q**UOD igitur nostri æui coruscationes boreales attinet, sæpius omnino instar Phari cum multorum admiratione nostrum hemisphærium illustrarunt; quibus etiam explicandis viri doctissimi fidem suam & audium non denegarunt. Ea propter denuo libet ex horum tantum obseruationibus in ipsa phænomena, effectus & circumstantias præcipuas sedulo inquirere, quæ demum genuina in rerum naturalium cognitionem penetrandi methodus est, indeque collegere obseruationes; quæ demum cum prioribus phænomenis collatæ, nos, quid in hac re statuendum sit, certiores reddent? Licebit autem tanto felicius, quod ipsi hæc phænomena maximam partem intuiti sumus. Ne autem longius excurramus, statim cum sæculi currentis anno viii facimus initium, quem duo lumina Borealia notabilem reddunt, unum nempe inter 1. & 2. Febr. Hafnia visum (b) & alterum d. vi. Martii obseruatum Schonbergæ in vetere Marchia a Cl. SEIDELIO, itemque a B. KIRCHIO, obseruatorie Regio Berolinensi. In triplici hac descriptione ar-

*Phan. I.*

(a) In Comment. Lib. xxxix. f. m. 1421.

(b) Conf. Mischl. Berolin. Part. II. Obs. viii. p. 131.



cus vespertino tempore lucentes deprehendimus & quidem in plaga septentrionali, ita, ut primus hor. xi exortus, ab initio simplex adparuerit, mox altius surgens, secundum suam vniuersam longitudinem inclarescere coepit, & circa horam dimidiā supra xiiim arcum nouum supra priorem monstrauerit cum plana superficie. Circa horam primam, lucidi quidam radii, tanquam trahes in altum, eiaculatione quadam se elevabant, nunc longiores, nunc breviores, plerique per lineam rectam ascendebant, alii huc illuc nutare videbantur. Reliqua l. c. possunt legi, præfertim quia fere quoad omnia cum nostro phænomeno, infra describendo, conueniunt. Addit <sup>Phæn. II.</sup> ta-  
men B. ROMERUS, die 1. Martii tale meteoron in eadem cœli regione, sed non adeo regulare, ut superius, visum fuisse, id quod schematismo illustrat; cui & illud d. 6. Martii addit, quod tamen pariter irregularē ipsi adpārens, cum radiis plerisque ad supremam cœli regionem pertingentibus, post breve tempus disparentibus <sup>Phæn. III.</sup> aliisque in locum eorum succedentibus, cœlo mox nebulis & nubibus tecto, penitus disparuit. Insuper addit, præ-<sup>Phæn. IV.</sup> sentem magis aëris statum, quam futurum, indicare phænomenon, nec semper succedere, quod quidam volunt, æstate serenitatem, hieme frigus conlequi. Dolendum tamen est, talem aëris statum parum adeo curari, multo minus cum proxime semper antecedaneo & futuro conferri a scriptoribus; reliquas circumstantias infra respicie-  
mus.

## §. XXVII.

Anno 1515ccviii & sequenti, nihil tale quid obseruatum fuit, præter quod vtrumque notabilis illa & prævalida hyems iunxit, quam vel solis ventis boreali-<sup>Phæn. V.</sup> bus inualuisse obseruauimus (a) adeo quidem, ut tunc

F 3

omnem

(a) Conf. dissert. nostra de frigoris h. an. causis.



omnem uno nisu vim suam hæc plaga rigidior ad reliquas protrusisse & exonerasse fuerit visa, æstatem linquens fere æque validam. Siquidem d. 25. Febr. c. 1500. *Phen. VI.* thermom. tunc ad manus existentis liquor 238. lin. suffiente vento N.O. & d. 29. Julii lin. 180. tenebat; unde differentia nobis heic locorum dedit 28. lineas. Notanter dicimus, plagam Borealem tunc uno nisu suam omnem exonerasse vim: nam sicuti omnibus constat, sole ad nos revertente tempestates alibi ac ordinarie rigidiores mitigari, ita aërem nostrum tunc tepidiorem & nimis pluviosum, frigus intensissimum antecedens, mox extraordinario prorsus impetu ob dictam causam in altum elatum, partes rigidiores, frigus alibi constituentes, cito & ingrato motu occuparunt, tempestatemque adeo intenserunt. Vnde etiam non potuerunt non per integrum ver & æstatem obseruari singularia hinc inde ~~in regno Astracano mensis Junius ingentem dedit fluminis Wolgæ inundationem,~~ e. g. in regno Astracano mensis Junius ingentem dedit fluminis Wolgæ inundationem, qualis licet quotannis perinde ceu in Nilo obseruatur, tamen hoc anno prorsus extraordinaria fuit &, tanta, ut vrbs vna cum integra insula Dolgoi & adiacentes regiones in magno fuerint periculo; cui bene collectores Novell. Hallensium (*a*) in scholiis suis & prædictum frigus & cito insecurum æstatis calorem *Phen. VII.* causam assignabant. Spectant huc locustarum copiæ, quas mensis Julius ex occidente versus orientem, per aërem horrendo aspectu volitantes exhibuit; (*b*) quanquam non æque frigus istarum aduentus causam certam & unicam §. xxv. adseramus, nec certos nuncios faciamus cum doctissimo CHRISI. ORTLOBIO (*c*) proxime insecuræ pelis, qua

---

(*a*) Ann. c. 1500. p. 112.      (*b*) p. 116.

(*c*) In erudita dissert. de Præagiis locustarum incertis & falsis an. c. 1500. Lips. habita.



qua ex. gr. Lissæ Polonorum a die inde 29. Julii anni <sup>Phan. IX.</sup> 1710. ad d. 28. Octobr. homines 1990, vt & alibi ex. gr. GEDANI circa mensem Septemb. 32000. interisse dicuntur (a); nec tempestates, tonitrua & <sup>Phan. X.</sup> grandines hic memoramus, quibus Constantinopoli & alibi multi homines interierunt & ædificia multorum fuerunt consumta. (b) Eodem quoque anno die 8. Novembris <sup>Phan. XI.</sup> Viennæ globus igneus in cœlo vi- fuscus est, qui cursum suum tanto splendore continuauit, vt tota aula inde illuminata fuerit; siquidem Augustiss. Imperator tunc ad mensam sedens, per fenestrarum orbes ipse phænomenon instar fulguris intuitus est. Apud Venetos quoque terræ tremor eod. mense d. 27. hor. 6. cum nonnullorum infumibulorum in ædificiis concussione obseruatus. Vbi apud nos tempestas tunc erat nebulosa & pluviosa therm. lineam 16. vix attingente. Mense <sup>Phan. XII.</sup> Decembri tonitrua gavia recensabantur, quæ Romæ S. Petri templo permagnum. damnum intulerint; vt & grandines magnæ, quæ d. 22. Schlesvicense territorium afflixere: apud nos contra magnum frigus obtinebat, vt d. 31. Decemb. thermometr. 203. lineam, moxque d. 1. Januar. 1710. lin. 214. & d. 5. Januar. 223. lin. attingerit; vnde etiam sequentibus diebus paulisper modo remisit, modo succrevit, vt parum ab intensissimæ hyemis frigore absuerit.

## §. XXVIII.

Per instans tempus vernale & æstivum sæpius ventos mirati sumus inferiores, parum cum superioribus conuenientes; vnde & sæpius optauimus, vt istorum frequenter habeatur ratio: pestis etiam hinc inde exorta fuit.

Autu-

(a) Conf. cl. Hübneri Lex. Geogr. p. m. 502.

(b) Conf. Fama Europ. Part. 95. p. 864.



*Phen. XIII.* Autumnum maximam partem apud nos erat pluuiosus, non nisi variabiles exhibens tempestates, præfertim vero d. xxvi. mense Novemb. hic Giessæ notabilem coruscationem Borealem obseruauimus per modum arcus, quam Acta Erud. Lipsiensia descriptam continent (a); quantum etiam ex ephemeridibus meteorologicis nostris colligimus, dies parum sudi, cum frigore tamen notabiliori secuti sunt ad ann. usque ccccxxi. Huius etiam cum initio ex relationibus publicis, quibus tamen vix hac in re fidem habemus, percepimus, Olmutii apud Moravos d. viii. Jun. ab hor. xi. noctur. & sic deinceps a multis

*Phen. XIV.* hominibus visam fuisse crucem lucentem in aëre. Ab hoc tempore nullam per diuersos annos legimus coruscationem; unde & Ph. xx. veritas eo magis patet, quo talis uno tempore frequentiores indicauimus quam altero, imo quoque uno in loco frequentiores esse, si, quæ §. xviii. indicata sunt, huc referimus, nemo non fatebitur: modo vulgares rumores de cometis, deque aliis anilibus figuris cœlestibus, quas interdum nouellarum public. integræ paginæ continent, non respiciantur. Siquidem a plebeiis & timidis hominibus ita pinguntur pro cuiuslibet affectu §. ii. atque finguntur, quæ ideo a prudentioribus merito hodie reiiciuntur.

### §. XXIX.

*Phen. XV.* Inter omnes notabilis admodum est annus ccccxvi. non solum ob eiusmodi coruscationes aliae aëris syr mata, sed & ob tempestates varias. Fuerunt nimirum dies inde a 1. Jan. apud nos niuosi & tristes, sed insimul præter modum fere rigidi, ut nonnulli cœperint istos comparare cum illis, quos rigidissimus ille annus seculi nonus §. xxvii. exhibuerat. Vbi omnino dolemus, tunc adhibiti

ther-

---

(a) Ad mens. Jul. ccccxi. p. 325.



thermometri interitum, quo plenior comparatio institui posset: interea ex beneuola communicatione Cl. MENZERI Hamburgensis Mathe. amici aestimatiss. talem addere iuuabit, cui nostram subinde adnectimus

	1709	Therm.	1716	Gießæ 1716	
	Barom.	Hambur.	○	Barom.	Ther.
Januar.	1	65	-	82	—
	2	68	-	81	—
	3	66	30	79	—
	4	60	-	78	30
	5	65	-	74	—
	6	71	-	72	—
	7	75	-	76	—
	8	76	-	76	30
	9	78	30	78	—
	10	80	-	77	15
	11	81	-	79	—
	12	85	-	76	30
*	13	86	30	76	—
	14	78	-	75	15
	15	76	-	79	—
	16	77	-	82	15
	17	70	-	*83	30
	18	78	15	80	—
	19	80	-	75	—
	20	70	-	72	—
	21	76	-	72	20
				*30	8
					63

Vlterius continuare non libet: erat enim apud nos hic  
xxi dies rigidissimus, tristis, in horizonte rinoso undique  
humoribus & nebulis quasi cinctus. Zephyrus tunc ne  
quidem sentiri poterat; vnde & in istius præsentia &  
tranquillitate differentiam a priori hieme cognouimus.

G

Remit-



Remittebat frigus, nec ad illum gradum amplius veniebat, ut subinde fuerit secuta serenitas, quam Barometrum cum suis in usitatis mutationibus notabilem prorsus faciebat. Nix etiam, quasi prima, demum 1. d. Febr. solvebatur, accedente modo frigoris noua intentione, modo remissione: quia maximam partem dies nebulosi erant, regnante fauonio. Qui tempestatis status quoque die xvii Martii apud nos obtinuit, quo integrum Saxonia regionesque vicinae & illae, quae Septentrionem maxime respiciunt, extraordinariam lucem viderunt. Provocamus ad doctissimorum virorum scripta, imprimis quae Celeb. Hallensium Professor Math. & Phys. CHRISTIAN. WOLFIUS, Consiliarius Regius, amicus honoratiss. (a) dedit, nec non Rud. CHRIST. WAGNERUS, Med. D. Mathem. & Natural. Professor Helmstadiensium celeberrimus (b), ubi coruscatio isthac pluribus describitur.

## Ph. XVI.

## §. XXX.

## Ph. XVII.

Vtut autem de notabili hoc phænomeno nihil in nostro Horizonte percepimus per §. xii, nec quicquam de lumine extraordinario audiuimus ex militibus, tunc in vallo vigilias habentibus, quos sedulo post primam ex Hassia inferiori die 21. Martii acceptam relationem examinari curauimus: nihilominus tot hominum obtutur, in diuersissimis locis septentrionalibus existentium,

con-

(a) In den Gedanken über das ungewöhnliche Phænomeno, den 17ten März 1716/ des Abends nach 7 Uhr zu Halle und an vielen Orthen in und außerhalb Deutschland geschen. Ed. 1716, item Tiguri in laudati Dr. SCHEVCHZERI Meteorologia Helvetica p. 50.

(b) In Erzählung der zu Helmstedt am abgewichenen 17ten März von 7 bis nach 12 Uhren zu Nachts gesehenen meteororum ignitorum &c. Helmstedt 1716.



confirmatum est, vt longum foret omnium relationes perlustrare. Nec ita mirati sumus varios conceptus, quos sibi homines in diuersis locis, radios illos diuersi coloris ac motus §. xix intuentes, formarunt, es seye als ein Regiment Soldaten nach einander aufgetreten / und abgesfeuret / und nach der schwarzen Wolcken geeilet / <sup>ph. xviii.</sup> und sich verborgen; Hierauf habe sich diese Wolcke von Westen bis gegen Norden gezogen / als ein Vorhang einer gehaltenen Tragödien/ conueniunt isthæc cum phæn. XLVII §. xix. da sonst der Himmel klar und heider / das man alle Sterne von vrsa maiori habe sehen können ic. ic. Idem ex Bremensi ducatu & inter alia referebatur als wann zwey Kriegs- Heere mit einander gesritten / und gegen einander aus kleinen Gewehr gefeuert hätten / wiewohl sie keinen Knall gehöret. Amstelodamenses relationes sic se habebant: es habe sich in der Nord- See recht fürchterlich gezeigt / auf dem Eyland Veur habe es einige Strahlen <sup>ph. xix.</sup> von sich geworffen / wodurch zwey Häuser entzündet worden / id. quod denuo cum ph. xv. Sect. i. conuenire videtur. Addunt: In Engeland war Anfangs eine <sup>ph. xx.</sup> sehr klare und helle Wolcke / in zwey Corpora getheilet / aus N. W. und S. O. darauf die Gestalt eines Regen-Bogens/ woraus um und um helle Strahlen/ davon auch blühende Strahlen/ ja gar große Klumpen Feuer geschossen / welche / nachdem sie vergangen/ einen schweflichten Dampf zurück gelassen. Eadem <sup>ph. xx.</sup> fere ex aliis, mari Baltico proximioribus locis referebantur, e. g. von Danzig/ daß diese Strahlen bis 2 Uhr nach Mitternacht gedauert / und fast um 8 Uhr / da zuvor ein schöner Tag gewesen/ angefangen / der Himmel wäre nach Norden / gleich als mit einem Blut- <sup>ph. xxii.</sup> rothen



**rothen Feuer / überloffen zu sehen gewesen / ganz  
erschrocklich und Majestatisch.** Man habe das lodren-  
**Ph. XXIII.** de Feuer in der Lufft gehöret; wobey die nicht weit  
entlegene See auch ein starck brausendes Getöse hören  
lassen *rc.* quæ vltima etiam ex parte cum Cl. WAGNERI  
verbis conueniunt ita scribentis p. 11. Anderwerts will  
man dabej knastern und knallen / als ob viel tausend  
kleiner Schüsse in der Lufft geschehen / gehört haben/  
vt reliqua & specialissima, nobis transmissa, taceamus.

Quæ omnia tamen in eo cum Cl. WOLFFII aliorum  
que (a) obseruatione conueniunt, ac si arcus adfuerit,  
gleich ein Regen-Bogen / isque vel vnius coloris vel  
compositi; hinc & Cl. WOLFFIVS ROMERI phæn. SER-  
DELII, KIRCHII atque nostrum heic Gießæ cœcœ  
obseruatum, illo etiam PEIRESKII nocte sequente d.  
xiiijam Septemb. cœcœxxi addito (b), pro folis &  
certis obseruationibus habet (c) suisque doctissimis medi-  
tationibus non immerito, eeu fundamentum, præstruit.

### §. XXXI

**Ph. XXV.** Quæ tunc fecuta sit tempestatum constitutio, fa-  
cile ex nostris ephemeri. meteorol. posset commonstrari,  
puta apud nos per prædictum mensē parum constans,  
& vbiunque mane sudum fuit, mox niues & pluuias ye-  
spera dedit; id quod per integrā fere astatem vidimus.  
Adhuc etiam notabilia firmata ver exhibuit, globos ni-  
mirum ex aëre delapsos ignitos, quo illud in primis spe-  
ctat d. xx Apr. per octiduum prope in nostro Horizon-  
te a multis admodum hominibus & quidem in hac  
ipſa

---

(a) Conf. Acta Erud. Lips. ad mens. Aug. 1716 p. 257. sqq.

(b) Conf. Petr. GASSENDI Philosoph. Epic. p. 113. a LEIBNIZIO  
in Miscell. Berol. recens. p. 138.

(c) Vti ipse vocat p. 12.



ipsa plaga Septentrionali visum (a). Notari insuper merentur, quæ ex Helvetia nobis d. 26 Martii perscribebantur: *Dass aus dem Burgundischen verlautet / es seye von dem 16 huius des Abends zwischen 8 und 9 Uhr ein Comet observiret / folgendes Tages aber nicht mehr gesehen worden / forte nihil aliud quam tale chasma fuit, ceu id quidem ex circumstantiis communicatis patet.* Mense Maio tempestates admodum erant variables, ventosæ cum grauioribus tonitruis; eadem quoque erant mense Julio, paucioribus exceptis diebus serenis, sub finem Nouemb. & Decemb. initium imbræ ac pluviæ per 14 dies continuabant, nec penitus cum anno 1597 cessabant. Per integrum æstatem graviora tonitrua, & venti impetuosi per autumnum regnabant, qui tanti erant mense Decembri ut multi terræ tremorem inde sensisse pro certo sibi persuaderent; parum nivis terram tegebat, contra maris inundationes, quæ Septentrionales regiones hoc & sequenti an. 1600 vexarunt, nunquam non in hominum memoria erunt. Vt ph. XXV.  
 nihil dicamus de insulis occidentis, interno motu hoc & præcedenti anno diuulsis, quarum una speciatim horrendo spectaculo inter fremitus, fragores & tonitrua cum sub, tum supraterraneo impetu, in auras euolasse fecerunt, obortis tenebris, igne tamen & flamma intermicante, decidenteque, pluviæ instar, subtilis puluere. Quæ vti cum Conclus. IV conueniunt: ita & integras immutatas insulas monstrant ab Honoratiss. Collega Dn. D. VERDRIE<sup>IO</sup> optime recensitas (b), vbi recte addit: *qui mutationes insularum illarum occidentalium*

G 3

expen-

(a) Conf. Ephem. N. Curios. Cent. VII. p. 153.

(b) In diss. de Principiis &amp; affectionibus essent. rerum naturallium instar corollar. conspectui Phil. natural. ad. an. 1718.



expenderit, de tempestatibus locorum illorum subterraneis, sub finem præcedentis & initium huius anni, certior factus causas ventorum & maris motuum littori maris Germanici & illius incolis, adeo exitialium sine difficultate mente comprehendere poterit.

## §. XXXII.

Annus ccccxxix cum ipso Januario propemodum vernare solebat; niues erant leuissimæ, excepto die 27 Febr. quem mox frigus intensum excipiebat, sat diu durans. Graues etiam morbi præsertim dysenterici regnabant subinde, & calor erat menœ Julio ardentissimus,  
**Ph. XXVII.** adeo quidem, vt d. 20 Julii thermometrum 32 lin. ultra medietatem attingeret, quem si cum frigoris an. cccxcx grauissimi intentione §. xx comparare quis velit, ansam omnino habebit inquirendi vterius in statas fere temperatum periodos. Erat autem æstus hoc & mense Augusto ita magnus, vt etiam prata nonnulla in locis vicinis flaugauerint libere, nec sylvaæ sic inultæ manserint. Lahnus fluuius tam exiguus fluebat, vt sicco fere pede illum transire liceret. Hinc & ex Comitatu Clocestriensi referebatur d. 25 Nouembri dasz verschiedene Bäume mit reissen Kirschen / welche in dem Früh-Jahre ihre Früchte nebst mehr andern bereits geliefert / wie auch eine Quantität Aepfel-Bäume mit Sommer-Aepfel zum andern mahl getragen / welche alle vorher geblühet und neue Blätter getragen / (id quod ipsi in fico quadam, folia sua cum mensis Augusti initio deiiciente, eoque recens talia generante, cumque reliquis ficis diutius retinente, cum multorum admiratione heic Giessæ experti sumus) gleichwie im Vor-Jahr geschiehet / und sind alle solche Früchte am Geschmack / Grösse und andern Qualitäten von den ersten nicht im geringsten unterschieden



schieden sc. qui fructus vti non arte aliqua producti sunt, ita istorum prouentum soli calori prædicto adscripserunt. Fuerunt autem huius alia adhuc, una cum tonitruis, fulgetrisque notabilioribus & cataractis præsertim in Sicilia, indicia: quæ cuncta hyemalis tempestas vernalis & sic deinceps, an. 1510ccxx parum in consueta excipiebat, & continuata, hyemem an. 1510ccxxi mitissimam referebat. Januarii finis cum Februarii initio non nisi dies februatos & blandos dabat, nec etiam in regionibus nostris hyemasse visum fuit, vti alibi indicaui<sup>(a)</sup>, dies etiam <sup>Ph. xxviii.</sup> XVI mensis liquore thermometri infra 20 lin. descendente, præter spem serenus erat. Quare & auditoribus suasor fui, vt mecum post horam statim sextam vesperi ad observandam Qrem & dein mensurendas mediante micrometro in orione fixarum distantias, in obseruatorium publicum adscenderent. Vbi vix dimidia hora post fere septentrionem versus mirabilis adparuit arcus quidam suppallidus, vnde in hemisphærio splendentibus admodum, vna cum Qre, stellis fixis. Primus hic arcus sub initium vix absimilis adparebat illi, quem §. xxviii obseruauimus. Succrescens hic obscurum sub se continebat segmentum, cuius amplitudo adhuc succrescebat in parte tam occidua, quam ortua. Horizon integer contra isthanc temporis rationem, antea indicatam, sat erat ab exhalationibus liber, vnde & talem primitus albuginem parum inter alios labores curauit: id quod etiam causæ fuit, cur spectatores nullam ibi nubeculam suspicarentur, meque magis vngerent, vt oculos eo dirigerem. Erat <sup>Fig. I.</sup> segmentum obscurum

(a) In Act. Erudit. Lipsientibus Latin. mense April. anni currentis p. 157. ubi eadem verba indicauimus, omissis tamen obritutatis studium nonnullis circumstantiis, quas heic præterire non libert.



*scurum* AB postea in plaga septentrionali = 10 gr. 50 min.

altum, & eius arcus subpallidus BC insuper = 4, 40.  
Post horam VII nouus adhuc succedebat arcus obscurior CD cuius altitudo cum prioribus seu AD erat ab

Horizonte = 19. Mox arcus vterque & lucidus & obscurior, illud perpetuo continebat segmentum obscurum & densum, id quod tamen nullum dabat nubis cuiusdam signum? vndique enim transparebant stellæ fixæ quasi faces, in tenebris magis lucentes. Neque stellæ istæ prius adparebant, quam secundus arcus DE lucidior oriretur. Interea in prædicto segmento obscuro passim surgebant quasi luminosæ columnæ seu trabes, vti veteres supra vocarunt. Erant autem, vt magis declaremus, nihil aliud, quam radii subpallidi, in ordine vt plurimum parallelo exsurgententes, nunc scoparum instar diuariantes, qui in vna modo parte creuerunt, mox decreuerunt in altera, & quasi dimicantes inuicem disparuerunt, majori impetu rursus adparuerunt, ceu velitantes hinc inde currendo solent. Surgebant primo ex inferioribus locis, quos mox relinquendo alii superius continuabant circa arcus obscuri marginem, Erant nonnullæ columnæ radiosæ, alia densiores alia paulo incuruatæ, sed hæ perinde vt obliquius pergentes, admodum raræ. Post hor. VIII fere, tertius arcus DE sublucidus & amplior illis prioribus BD & CD accedebat; qui omnes ita iunctimæ altitudinem referebant AE = 24, 20. (Est enim error typographicus in Actis Erudit. pag. 158 vbi lin. 34. pro 40 20 legi debet 24, 20.) Extremus hic arcus sat erat firmus, quem ne quidem columnæ s. radii e vicino obscuro surgentes turbabant, nec nouus accedebat, nec ulli ab

ab horizonte amplior fiebat; quare ejus amplitudinem  
ortuam a cardine Septentr. AG sumsi =  $51^\circ$  & occi-  
duam AF =  $55^\circ$ ; vt ideo totus arcus sc. iste major,  
qui reliquos & segmentum obscurum continebat ampli-  
tudinem haberet =  $106^\circ$  & altitudinem antea addu-  
ctam =  $24.20$ . Dignum est notatu, segmentum nigrum  
nullas exhibuisse stellulas, nec prius istas adparuisse,  
quam tertius arcus luminosus adparuit. Vbi demum in Ph. XXXI.  
parte tam nigri segmenti, quam arcuum optime trans-  
micare cœperunt, & quidem in parte occidua Cygni  
 $\alpha$ ,  $\xi$  &  $\mu$ , juxta Bajeri adpellationem; in ortu parte  
stellæ tertiae & quartæ magnitudinis transparebant, quæ  
etiam subinde micabant inter columnas dictas. Clarior Ph. XXXII.  
etiam & illustrior *via lactea* regio vicinior, cuius ita al-  
bugo fiebat maior, quounque tales radii luminosi per-  
gebant. Postea superior arcus lucidus in parte occidua  
disruptus quasi videbatur, qui instar nebulae Androme-  
dam peræque albicantem, transcendebat, quem post  
hor. x radii ex ipsa plaga septentrionali sequebantur.  
Horizon septentr. non aliter erat illustratus, ac si luna  
esset in vicinia, quæ tamen, ceu aliunde constat, non  
potuit non longissime tunc abesse. Reliquæ horizontis  
partes non ita erant illustratae, sed quasi umbris subinde  
distinctæ. In eadem plaga horizontis septentr. ex obser-  
vatorio nostro 80 pedes rhinl. alto, omnia, etiam re-  
motissima ædifica potuerunt cognosci, inque his non so-  
lum tegulæ & fenestrarum orbes, sed & in viis lapides,

## §. XXXIII.

Ex meteorol. obseruationibus notamus thermo- Ph. XXXII.  
scopii liquorem per integrum hiemem ultra 20 lin. non

H

venisse,



venisse, & hoc die 17 admodum sudo, infra hanc præter  
 spem descendisse, vtut Baroscopium aëris immutatio-  
 nem ac niuem prædicebat, quam etiam die sequente  
 vidimus, integrum horizontem sine rigore aëris obtegen-  
 tem. Non autem, quod in Actis Erud. ob breuitatis  
 studium omissum, heic prætereundum esse censemus,  
 nos omnes, qui obseruatorum tunc adscendimus, madi-  
 dum & præter spem ingratum aërem, *eine feucht*. dicit  
 Art der Lüfft / ambiisse, ob quem auditores mecum  
 fere animum adscendendi mutassent, nisi instrumenta  
 cum sexpedali tubo, quo, vti dictum, orionis stellas metri-  
 mens erat, fuissent exposita. In ipso opere, fateor me  
 nunquam tubum tanta impatientia & inconstantia appli-  
 casse, dum stellas prædictas, admodum scintillantes, vix  
 continere potui, quod tamen adeo exiguo tubo alias fa-  
 cillime potest, multo difficilius micrometrum Kirchia-  
 num continui, quod cunctum, non nisi aëre inconstantि  
 & vacillanti admodum, attribui. Ex eadem impati-  
 entia, quam in me, tam difficulter auscultante, spectatores  
 videbant, multi ob aërem insimul ingratum secesserunt  
 nec summa deinceps cum indignatione de notobile  
 coruscationis obseruatione quicquam viderunt, parum  
 illud magni Hassiaci PRINCIPI, Astronomi maximi, ad Ty-  
 chonem effatum cogitantes: *cælum suos nunquam fidos*  
*auscultatores frustrari*; imo frustans, noui quid magis ne-  
 cessarium suppeditare, quis inde negat? Quemadmo-  
 dum vero nihil magis homines optant, quam vt futura  
 præfiant: ita & quæsitantibus, nihil ex hisce coruscationi-  
 bus, nimirum cum recensita huc vsque eiusmodi phæno-  
 menorum harmonia collatis, certius prædicere valui,  
 quam maxime futuram per integrum annum tempestatis  
 inconstantiam, & frigus forte quam proxime instans.  
 Ideo



Ideo quoad ultimum notamus, die 19 thermoscopium ad frigus ita prædictum, properasset, & quidem

Barom: Therm.

Febr. d. 21 xxxi, 3 24

d. 22 - - - 6 27 quo valde sudum & Boreas niuem denuo leuem dabat.

d. 23 - - - 4 26 sudum continuum.

d. 24 - - - 2 28

d. 25 - - - 3 1 quo sudum, & Boreas vehementior continuauit ad sequentem usque diem.

d. 26 - - - 4 34

d. 27 - - - 3 34½ quo insimul serenitas & Boreales venti cum frigore ad sequentes dies usque remittebant.

#### §. XXXIV.

Interea post primam illam obseruationem semper suafor fui, ut auditores cœlum sedulo respicerent: quia in perpetua hac opinione fui, nouas adparituras esse coruscationes, non solum hoc anni vernali tempore, sed & autumnali futuro. Nec spes fefellit. Erat dies I Martii serenus quidem, durante Borea & Baroscopio ad lin. 4 vltra suam mensuram adscendente, ubi vesperi post hor. vii fere per fenestram in Boreali plaga notablem arcum vidi. Hic illo præcedenti §. xxxii existebat Ph. XXXIII.  
Fig. 3. amplior & clarior, & claritatem suam subinde mutabat, neque segmentum eius tantam habebat obscuritatem. Quæ borealis facies diu hærebat immobilis, ut horizontem versus nonnullæ columnæ, instar sumi tenuissimi, obseruarentur; arcus ipsius altitudine semper manente = 31, 50. Prout vero priorem faciem superauit altitudine: ita & figura ipsa fuit illustrior ceu quidem in Act. Erud. est descripta. Adparuerunt tamen tres de-



nuo arcus, manente prædicta altitudine: neque hæc, | ceu  
nuper cum ipsis arcibus succreuit, nec columnæ vti  
priores, erant adeo rectæ, sed fumi instar vacillantes.

*Ph. XXXIV.* Quid? quid arcus superioris extremitas tota quasi vacil-  
lare videbatur præ meritis eiusmodi fumosis duilibus. In-  
ter omnes vero trabes priores adparuit in leptentrione  
AB illa major, supra & inferius radios spargens; dispa-  
rente hac, statim noua adparuit in C, magis lucens. Im-  
pediebat autem, quod valde dolui, corporis infirmitas,  
quo ipse vix amplius continuare valerem obseruationem:  
interea quæ auditores, his rebus sat adsueti atque alii fide-

*Ph. XXXV.* digni retulerunt, l. c. enarrata sunt. Est tamen nota-  
tu dignus ille post hor. xi visus magnus radius, & infra  
hunc obscuriori arcui insistens globosum & crinitum quasi  
corpus C; fuerunt enim postea qui certo sibi stellam novam  
inde conceperunt, deque hac multa etiamnum verba  
faciunt. De radiis instar velitantium pergentibus l. c. di-  
ximus, quos inter notabilior est ille, qui admodum teli in  
*Ph. XXXVI.* D columnam prædictam maiorem transiit; vnde vulgus  
sibi denuo imaginem crucis præ alta mente concepit.

### §. XXXV.

Aëris constitutionem itidem loc. cit. indicaui-  
mus, diem nempe i Martii serenum, excepisse nubilum  
thermometro ad lin. 22. resurgente & Barom. ad 31:  
qualis autem subsequentes fuerint dies alibi diximus. In-  
terim prætereunda heic non est egregia prorsus & quoad  
omnes fere circumstantias specialissima phænomeni huius  
descriptio, quam die hoc i Martii Darmstadii excepit, Vir  
Perillustris & Generosissimus, S. I. Liber Baro de Loew+N-  
STERN, Serenissimi Principis ac Nutritii nostri Clementissimi  
Consiliarius Regiminis intimus, nec non Consistorii  
ibidem Director, & Dornbergensis districtus Praefectus su-  
premus,



primus, Patronus noster bonarumque artium stator gravissimus, & nobiscum beneuole vna cum figuris elegantissimis, quas tamen h. l. exhibere haud potuimus, communicauit quæ ita se habet: Ich sahe etwa eine viertel Stunde Albends nach 9 Uhr zum Fenster hinaus / und wurde gewahr / daß die Häuser in der Gasse / ja die ganze Luft so helle war/ als wann der Mond scheinte; weilen aber nur 2 Tage zuvor nemlich den 27 Februarii, das neue Licht gewesen / schiene mir diese Helle ohnmöglich von einem Mondschein / sondern vielmehr etwas außerordentliches in der Luft zu seyn / gienge also an die andere Seite / und wurde sogleich am Himmel die Ursache dieses Lichts gewahr; Nemlich / es stiege gegen Mitternacht / gerade unter dem Zeischen Cassiopeiae, ein v. lit. A. dicker Regenbogen / ganz hell- weiß und ohne andere Farben / und zwar nicht Circels rund / sondern etwas gedruckt / bey ganz klaren und gestirnten Himmel / ganz schnell in die Höhe / es war am ganzen Himmel keine Wolcke zu sehen / ohne daß dieser Bogen an der einen End- Seite (n. 2.) ein kleine dünne helle Wolcke / an der andern extremitè aber einen dunkelen Dampf wie einen Nebel hatte / (n. 1.) gerad in der Mitte über dem Bogen stunde erstgeneldtes Gestirn Cassiopeiae, (n. 3.) auf diese Weise blieb der Bogen eine kurze Zeit still stehen / veränderte sich aber auf einmahl ganz schnell / (fig. B.) so daß man an statt des Bogens viele gerade feurige lange Strahlen in die Höhe steigen sahe / wie Raqueten / und unten waren unzehlig viele kleine Strahlen. Alle diese Strahlen bewegten sich schnell und oft gegen einander/ so/ daß die von der Seite (1.) gegen (2.), und die von (2.) gegen (1.) stark gegen einander



ander aber als aufrecht und gerade ließen / und so bald sie auf einander trafen / verschwanden bald die von n. 1. bald die von n. 2. und kamen sodann von jeden extremis 3. 4. wieder neue kleine Flammen / gleichsam zum Succurs an / und trafen gegen einander wie zuvor. Darauf changirte sichs wie (lit. C.) ausweist die Flammen ließen zwar schnell noch gegen einander / aber nimmer in der Mitte zusammen / sondern es zeigte sich in der Mitte gleichsam eine Offnung /

*phan.*  
**xxxviii.**

die war stock finster / (lit. b.) aber doch keine Wolke / dann man die Sternen dadurch schen konte / und separirte sich diese Finstere von dem übrigen hellen Himmel wie ein schwarzer Nebel / indessen fieng es all bey a. öfters schnell zu leuchten wie ein Blitz. Dieses Blitzen continuirte auch noch bey (lit. D.) der vierdten Veränderung / da die Strahlen bald lang bald kurz worden / und gegen einander / wie von zweyen Winden/ ohnerachtet es ganz Wind still ware/ getrieben / ließen. Hingegen kam an statt des finstern Nebels in der Mitte ein hellscheinender starker Dampf schnell und dick heraus gestiegen / wie ein Brand aus einem grossen Hauss / und daben vermehrten sich bald verminderten sich die Strahlen auf beyden Seiten. Es war auch das Verändern hernach so oft und viel/ dass sich das Phænomenon bald wie A, bald wie B, C, oder D. präsentirte / und war das changement so schnell und wunderbar / dass es nicht zu beschreiben / es sahe die Farb an sich blaseweiss / hatte aber keine feurige Farb / doch war es absonderlich in denen Strahlen oft heller als das andere mahl / und war sonderbar zu admiriren / dass die Strahlen alle aufrecht gegen einander getrieben wurden / wie aufrecht ragende Lan-

*phan.*  
**xxxix.**

gen/

*phan.*  
**xli.**

Es war auch das Verändern hernach so oft und viel/ dass sich das Phænomenon bald wie A, bald wie B, C, oder D. präsentirte / und war das changement so schnell und wunderbar / dass es nicht zu beschreiben / es sahe die Farb an sich blaseweiss / hatte aber keine feurige Farb / doch war es absonderlich in denen Strahlen oft heller als das andere mahl / und war sonderbar zu admiriren / dass die Strahlen alle aufrecht gegen einander getrieben wurden / wie aufrecht ragende Lan-



hen / und zwar als wann an jeder Seite ein aparter Wind gegen den Mittel-Punct wehet / dann so bald eine Flamme gegen die andere in die Mitte kam / so verschwand sie. Ich habe diesen wunderwürdigen Veränderungen bis gegen 11 Uhr zu gesehen / da hörten endlich die Flammen und vieles Bewegen auf / und stellte sich (lit. E.) gleichsam die erste Figur des <sup>Ph. XLII.</sup> Bogens wieder dar / doch war er unten nicht mehr wie lit. A. von der Lufft separirt / sondern die Helle von dem Bogen verlohire sich allgemach gegen dem Horizont hinunter / und in dieser Figur senkte sich dieses Phænomenon (welches an sich von einem extremo an das andere zu rechnen / nicht von seiner Stelle kommen /) allgemach wieder nieder / wie es Anfangs in die Höhe gestiegen / doch viel langsamer / und verlohr sich endlich gegen 12 Uhr völlig.

### §. XXXVI.

Quomodo aliis in vicinia , & quidem Francofurti talis coruscatio adparuerit , pluribus describit Praclariss. HEVSON , Gymnasii ibidem Collega (a) , qui inter alia de priori phænom. d. 17 -- 18 Febr. refert , dass kaum sich der Nord-Schein in dieser trüben Wolcke eröffnet / <sup>Ph. XLII.</sup> so habe in den übrigen trüben Wolken es angefangen zu wetterleuchten / und in wehrenden solchen Blitzen wären zwey helle Bogen geworden sc. De alio d. 1 Martii a Cl. KECKIO , Gymnasii ibidem Collega , refertur , dass er eine sonderbare Bewegung des Himmels / <sup>Ph. XLIII.</sup> und grosse aufwärts steigende Feuer - Flammen gese- hen /

(a) In der kurzen Betrachtung über zwey Phænomena oder Lufft-Geschichte / Edit. Francofurti ad Moenum 1721. pag. 38 & 41.



hen/imo addit, vigiles obseruasse præcedentem sonum ein  
vernehmlich Gezisch. Quæ in Saxonia visa sunt, Act.  
Eruditorum (a) & alibi scripta peculiaria pandunt.  
Ultimam quoque phænom. figuram Norimbergæ visam,  
specifice descriptis Jo. LEONH. ROSIUS Math. & Astron.  
Cultor egregius, vna cum fratre suo Physico ac Medico in  
Toscânia Celeberrimo, qui pariter arcum viderunt, sed  
paulisper depresso & variabilem (b).

## §. XXXVII.

Quod insecuram tempestatem attinet, generatim  
conuenit cum illa §. xxxi descripta. Erant insuper mense  
Martio rarissimæ nives, quas d. 14 serenitas cum nota-  
bili Thermometri descensu ad 28 lin. & hanc post dies  
nonnullos pluviæ exceperunt. A die 1 Apr. liquor therm.  
primitus ultra medietatem pergebat, quo die ab hor. 6  
ad 9 matut. fumus quasi integrum & solam plagam septen-  
trionalem tegens, obseruatus fuit, vesperi vero hor. 11  
luentes admodum nubes ibidem adparuerunt, vt omnes  
mecum nouam lucem augurarentur. Fuerunt quoque  
hoc mense grauissima tonitrua, quæ omnia ideo fere  
omnes rerum naturalium curiosiores mirati sunt, quod  
heic per integrum annum à septentrione venerunt, nec  
cursum unquam alium quam orientem versus continua-  
runt. Maius denuo, vt an. §. xxxi variabilis pluuiosus,  
rigidus, ac ex eadem semper plaga ventosus fuit. Qui-  
bus mecum consideratis, saepius, imo saepissime dixi:  
hunc annum prorsus non esse illi prædicto cœcœxxvi  
absimilem. Et, vt tandem ad conclusiones speciales pro-  
missas properemus, si vnquam, sane tunc & obseruatio-  
nibus

(a) Conf. mens. Apr. an. cœcœxxxi p. 161 & alibi.

(b) In der Beschreibung des Nord-Scheins. Nürnberg  
1721. pag. 5.



nes inter §.xxxii vera prædixi, non ex vanis & astrologicis, sed ex veris tempestatum reuolutionibus, & quidem primo per integrum æstatem, & sic forte deinceps, admodum variabiles instare tempestates, varia morborum genera, terra & Concl. I. motus & alia quæ Deus avertat! Testes heic volo omnes ac singulos, qui & mihi tunc in obseruatorio adfuerunt, & mecum de eiusmodi coruscationibus visis vel coram, vel per literas locuti fuerunt, istorum autem quam plurimi fuerunt; hi modo euoluant domi, ac relegant quæ responsi loco dedi. Ejusmodi tempestates quoque per integrum æstatem variabiles potuissemus ex obseruationibus meteorolog. monstrare, sed breuitatis causa ad omnium consensum provocamus, quæsitando libere: an unquam tot, tamque citas aëris tempestatumue mutationes experti sint, quales ad hunc usque diem experiuntur? an non uno saepius die æstum solis vix tolerabilem, & eodem, mox e septentrione surgentibus nubibus ac ventis, frigus mirati sint? Vnde sane non possunt non in corporibus viventium variæ ac pericolosæ mutationes sentiri, id quod tamen aliorum curæ relinquimus (a). Cogitent modo omnes Galliam, & in hac per omnia hominum viscera sœuentem, doctissimorumque ibi Medicorum curas ludentem pestem. Cogitent inaudita, vti hi vocant, morborum genera: conferant hæc cum morbis horrendis, qui olim coruscationes secuti & a nobis §. xxiv adducti sunt, & sic non amplius forte inauditos vocabunt: Deum omnes & seipso cogitent! Tales autem morbos non alter coruscationibus adseribant, quam vti eos STVRMIVS terræ motibus adscribit Concl. V. multoque minus illas solas

## I

inepte

---

(a) Conf. Elegantein diss. de aëris intemprie multorum morborum causa D. FRID. HOFFMANNI celeberr. Medici Halensis an. ccccxxv habitam.



inepte istorum causam per Concl. vi faciant. Quod tonitrua & terræ motus hoc tempore visos attinet, ad Basileenses tantum prouocamus, qui suum nobis periculum sequentibus exposuerunt, d. 9. Julii matut. habe

*ph. XLV.* sich ein Erdbeben mit einem schröklichen Getöß conf.

§. XXII angefangen/ da man von 1673 dergleichen hier nicht geinercket/ auf beyden Seiten des Rheins/ in der Marggraffschafft Baaden &c &c. Alia exempla heic tacemus, atque omnes ac singulos naturæ consultos quasi publico rogitamus nomine, velint seduli esse imposterum aëris & tempestatum obseruatores: sic omnino dictis & dicendis adhuc conclusionibus nostris demum adsentient, qui vltra decem annos tales obseruationes indefesso studio instituimus, nec semel albuginem versus septentrio- nem, 32 gr. nunquam excedentem, mirati sumus.

*ph. XLVI.*

### §. XXXVIII.

*Concl. II.*

Ex horum insuper collatione novas hoc autumno vi- fas coruscationes prædiximus. Sic enim dies 7. 8. 9. 10. 12 mensis Septembr. admodum sereni erant, quos die 13 pluia excipiebat, imo etiam hora 10. nocturn. e septen- trione diescere, alibi micantibus optime stellis, incipiebat.

*ph. XLVII.* Nullus quidem arcus conspiciebatur, sed totum istius spatium arcuatum, & nuper abscurum ad vrsam usque ma- iorem, erat illustratum conf. phæn. XLVI, nec ventus vllibi nec radii. Thermometron ad 5 lin. descendebat & postero die ad lin. 1 infra medietatem, diem valde in- gratum cum Barosc. exhibebat. Die 16 septentrio hor. IX

*ph. XLVIII.* denuo ita responduit, vt idem illud spatium d. 1 Martii magnum lumen sine arcu exhibuerit cum radiis, mox ta- men desinentibus. Dici autem non potest, quantum timo- rem haec cœli facies hor. XI, & deinceps hominibus inje- cerit, in campo vigilantibus, quibus integer horizon il- lustra-



lustratus est, radiis ad verticem usque uti §. **xxxiv** pergentibus. D. 25 Septembr. denuo haec plaga illustrata adparuit hor. ix usque ad xi, ubi nubes spissiores, quod valde erat notabile, omnem hunc splendorem transibant; **Ph. XLIX.** illæ tamen ab istoc optime potuerunt distingui, quem per grati & amœni dies excipiebant Thermometro ad lin. 30 adscendente & quidem hoc ipso die 28, quo haec scribimus, quemque rigor nocturnus secutus, therm. recedente ad lin. 5: hinc denuo citam mutationem notamus. Ex **Concl. III.** his tertio colligimus tales coruscationes nulli planetarum ad spectui astrologorum more, adscribendas esse, id quod ex omnibus huc usque adductis phænomenis facile demonstrari posset. Potius id cunctum aëris, tunc præsentis constitutioni Ph. IV Sect. 2 adscribendum est ita quidem, ut quotiescumque nubes adsunt, has coruscationibus longe inferiores esse statuamus, licet ex altitudine unius nubis ad omnium pronuntiari nequeat (*a*): siquidem nos in præsenti tales e septentrione præter volitantes, ultra 1500 passus altas non inuenimus, ut **FROMONDVS** nubes ad 8 mill. extollat (*b*). Has autem posse cum ventis, vel, si etiam non adsunt, cum causis aliis in ipso aëre crassiore motum efficere tremulum, nemo non ex phæn. **XXXI** concedet, sicque lumen umbra distinctum in horizonte exhibere, quale nobis Cl. Dn. **ZUMBACHIVS de KOEFLD**, Mathem. Cassellanus, in litteris d. 22. Febr. ad nos datis, vidisse refert. Qui motus in una mundi plaga tanto esse debet major, quo aër illi vicinus, accidente calore, magis fit inquietus vel altior calore, vel depressior frigore. Vnde denuo unum idemque phænomenum in diuersis horizonibus aliter potest adparere. Quo altius ab horizonte **Concl. VII.**

I 2

eleua-

(*a*) **RICCIOLVS** in Geogr. Lib. vi fol. m. 222. (*b*) Lib. I Meteorol. c. 1.



eleuata est coruscatio, eo etiam illustrior vel saltem a pluribus videbitur; id quod ex §. XXXIV patet, vbi coruscatio die 1 Mart. differt ab illa d. 17 Febr. grad. 7 min. 30: mirum itaque non est, si a pluribus illa visa fuit. An autem sicuti secundum cuiusuis loci latitudinem, ita & longitudinem respectu alterius id in eodem phænomeno valeat, & quo usque valeat? dignum omnino ulteriori disquisitione esset. Potuissemus enim exinde tandem cognoscere, utrum forte circa uniuersam terram ad usque maiorem semper vel ulterius, talis coruscatio sentiatur, ut nos prope conjecturamus, indeque complures veritates nobis certo promittere, vel saltem certius indicare, quam alta quævis coruscatio adparuerit? Ponamus enim regionem aliam e.g. Toscanam, in qua 1 Mart. idem phænomenum studiūmus, quæ iuxta RICCOLVM remota 3, 20: sit semidiam. terræ iuxta CASSINVM = 19695530 pedd. Paris. tunc saluo calculo Trigon. altitudo illius phænomeni = 23362 istorum pedd. i. e. parum ultra milliare Germanicum. Sed tamen ne limites dissertationis transgrediamur, sit

### SECTIO III.

#### SPECIALISSIMAS NONNULLAS CONCLUSIONES CVM CAUSIS ET QVÆSTIONE, ANCOR USCATIONES PRÆDICI QUEANT BREVIBVS SISTENS.

##### §. XXXIX.

*Conclusio  
Specialissima* **A** Nte omnia heic, quam ad ipsas recensitorum causas exponendas deueniamus, necesse est præmonere nos libere philosophari; unde nec aliorum optimorum virorum sententias improbamus, nec omnem deponimus spem



spem, fore nonnullos, qui nostram forte hanc mentem non penitus improbare queant. Nam constat, præsens quantumcunque argumentum suis vnicē initi obseruationibus §. xxvi; ideo non immerito ex illis, colligimus quæ Sect. II doctissimorum virorum studio & obtutu probata sunt, ita esse comparata, vt si nostrum systema non placeat, hoc tamen certissimam nobis ausam & spem futuri & certioris inueniendi Coruscationum Borealium præbeant. Imo saltem non in congrue inde horrendas ignium cœlestium facies æstimare licebit, veluti sunt illa Resol. gener. Sectionis L. than.  
 a §. v collacta e. g. hominum, animalium diuerorum, nauium, aliarumque rerum a collectoribus mire efficta & picta phasmata Kriegs-Heere / Todens-Röpffe / Sarge / feurige Reuter &c. quæ omnia nec ordine prædicto & ne quidem sigillatim examinare libet: quandoquidem illorum examen ex ipsa subinde instituta censura Sect. I. & dein ex Sect. II. collatione institui potest. Accedit medii æui homines prætimidos non nisi gentilium commenta habuisse in oculis, vixque aliter eiusmodi phænomena nominasse, sicuti nos aliter (a) non potuimus in Sect. II ph. xviii, xxix &c. Quod GRIGORIVM attinet, quem §. iii & xv præ aliis elegimus, vulgo scriptor fabulosus audit, forte ab dicendi rationem tenebricoso seculo magis, quam viri dignitati aptam, ex eo fane capite, quo eius obseruationes non solum generatim, sed specialissime quoque quoad temporis §. ix, xi coloris, figuræ aliarumque rerum circumstantias, a §. xv recensitas, cum nostris Sect. II. conueniunt: id quod rigidiores medii æui censores & nasuti critici, vt plurimum rerum na-

---

(a) Teste Celeb. WOLFFIO I. c. p. 28.



*Pb. VI. VII.* turalium ignari sibi bene notent (*a*). Idem quoque de nubibus & virgis sanguineis, de crucibus purpureis, gladiis, hastis, maculis & coloribus diuersis in sole & luna, sentiendum est; quæ cuncta nec illis perceptu erunt difficiles, qui de macularum doctrina, hodie quam optime exulta, itemque de parheliis §. vii penitorem habebunt cognitionem.

## §. XL.

Quoad reliquas circumstantias ignium cœlestium speciatim subinde Sect. I. indicatas, de his nunc in coruscationum consideratione ipsa erit sermo; quarum causas præter has obseruationes & conclusiones Sect. II. (*b*) adhuc aliæ scientiæ, veluti principia specialissimarum conclusionum nobis promittent, & quidem I Globum terraqueum, qui tot cauitatibus, & cryptis pollet, undique varias exhalationes ob internum æque ac calorem solarem edere, ut ideo rectissime globus terra - qua-ignæreus dicatur. Prout vero res hæc in se vera est, ita & II dicimus aërem non tam crassiorem, quam subtiliorem, qui tanto est liquidior & splendidior illo, quo altior

(*a*) Defensionem viri in se suscepit alias RVINARTVS, qui inter alia in præfat. §. 65 dicit, miracula Secculi VI, quo Gregorius vixit, frequentiora & magis necessaria fuisse, quam reliquis. Sed melius fecisset, si *miraculorum* requisita penitus determinasset, & quantum ista a *mirandis* distent indicasset: interea de rebus prædictis fere nihil contra censores profert.

(*b*) Sequimur in hac methodo Celeberrimos viros, STVRMIVM atque WOLFFIVM, qui ultimus in tract. §. xxix allegato RÖMERI, SEIDELII, KIRCHII &c. atque nostras præsertim heic Giessæ institutas obseruationes, in componstranda coruscationum natura vnice, veluti certa principia sequitur.



altior est, globum circumambire, aquæ instar circumfluere, istius propemodum figuram induere, inque illum, quod inter præcipua est, exhalationes prædictas grato nisu refundere. Sunt autem III tales exhalationes in diuersis terræ partibus diuersæ, vti aqueæ, salinæ, sulphureæ, nitroæ, terreæ &c. vel simplices, vel in vicem commixtæ, qui aëris, ad 4 mill. germ. adscendentis, regionem (a) adimplent. Quod IV aërem in se talem, & eius particulas cum æthere attinet, certum est istos radios, aliunde venientes repellere, & speculi vel aquæ instar reflectere; & id quidem tanto felicius atque citius, quo minus istas commixtæ exhalationum partes tangunt. Prius nos docet radius solaris in cameram obscuram admissus, qui particulas in aëre volitantes monstrat, ingenti numero ad oculum nostrum, veluti in speculo reflexas; prout vero istæ sensibiles adhuc sunt, ita id ipsum de minimis etiam concedi poterit: posterius sol, alibi nebulam discutiens, indicat. Solet autem aqua in se, ex omnium confessu spendere instar speculi, & circello tales a motu edere in stagnis aut flaviis, hos, quoties oblique respiciuntur, imo mare noctu splendere & lucere, præsertim si fluctus sint vehementiores, præsente tempestate, VARENIVS monstrat (b). Interea V aër serenus est; quia plures habet particulas siccas, quas vel solum pneumaticum sclopetorum genus, in quo exploso aër, antea compressus & ita condensatus, vt vix sexagesimam prioris aërei spatii partem occupet, nihil humoris relinquit; etiam VI libere in plaga septentrionis condensatus, & serenus manet. Patet hoc ex proficiscentium relatione, qui eo tempore, quo sol non omnino oritur, aërem valde serenum nihilominus obser-

varunt?

(a) Conf. Elementa nostr. Geograph. Sect. II.

(b) In Geographia Generali lib. I. prop. xvii p. m. 197.



varunt? Idem quoque apud nos inde colligimus, si ad  
 vii validissimum hiemis frigus aér serenus existit quamvis VII  
 frigus aërem denet & calor expendat, vt heic occupet  
 spatium maius, illic minus, ceu ex æolipylæ vnu patet.  
 viii Qui insimul VIII calor per Obs. I principium est, quo illæ  
 exhalationes Obs. III in aërem eyehantur tam præaltum,  
 vt sint, qui cum nubibus quod tamen in Concl. I Sect. II  
 non adeo probamus, ad 8 milliar. extollant, manente in-  
 terim IX in plaga septentrionali prædicta aëris constitu-  
 tione, ceu id ex mercurii in Baroscopio altitudine patet,  
 quæ teste R O H O V L T O (4) in Suecia & Dania altior est,  
 quam in Gallia, Italia illisque in locis, cum nostris ex  
 parte æquatori vicinioribus. Sic etiam valde notabile  
 est, quod X quotiescumque apud nos coruscationes aut  
 chasmata, de quibus tamen sermo nobis non est, visa  
 sunt, mercurium præaltum & fere semper eundem ha-  
 buisse gradum e. g. ad ph. xiii sect. ii vbi in Actis  
 Erud. indicauimus = 31, 2 25 phænom. xxv = 31 6,  
 conf. §. xxxiiii. Qui gradus etiam nuper ad recentissi-  
 mum usque phænom. §. xxxviiii & etiamnum obtinet.  
 xi Ignis cœlestis XI luminis aut lucis natura ipsa nostram,  
 vti iam supra indicauimus, non vrget operam; sufficit  
 esse aliquid vel intuperficie materiæ, Globum Obs. II cir-  
 cumfluentis, hærens, inque medio eius existens minutum,  
 quod motu excussum, luminis aut ignis specie oculos no-  
 stros feriat: non aliter ac mercurius, veluti substantia  
 condensata in Barometro ab aëre crassiori liberatus æque,  
 vel huic interdum inclusus, in sua caua superficie  
 motu excusus in descensu fit coruscus. Nec enim  
 XII necesse est ad coruscationem, vt in tali instrumento  
 aër

---

(4) In tractatu phys. lib. I p. m. 197.



aer crassior amoueatur; sumatur potius tubulus, huicque immittantur guttulae aeris crassioris de industria, & concutiantur; tunc quodlibet interstitium aereum in caua sua superficie, imo totus fere canalis adparebit coruscus (a).

### §. XLI.

Ex his nunc specialissime, & quidem tertio colligi- *Concl. III.*  
mus, illam præ aliis coeli plagam coruscam fieri oportere,  
quæ prædictas *Observationes IV. V.* admittit; cum vero se-  
ptentrionalis plaga talis nobis heic locorum vnice sit:  
nemo non sectionis II resolutionem inde cognoscet, & istam *Resol. Phæn.*  
plagam per omne anni tempus posse collustrari concedet. *XLVII. sqq.*  
Hinc sidera in hac plaga infra polarem stellam existentia, *Concl. IV.*  
si vel maxime integrum hemisphærium sudum est, inte-  
gra ob talem albuginem saepius non possunt dignosci, mi-  
cantibus saltem hinc inde stellis. Nec id ideo incongrue *Concl. V.*  
quis ad phænomena referet, quæ per  $\mu\phi\alpha\tau\pi$ , vti iris est,  
halo &c. i.e. per adparentiam fiunt, atqueillis opponuntur,  
quæ per  $\sigma\omega\pi\pi\pi$  adparent, a veteribus tam variis §. 11 indi-  
cata nominibus. Hæc etiam ferme omnia sub septentrio-  
ne, præsertim in parte lactei circuli fieri, *VOLATERRANVS*  
*I. c. ex antiquitate refert*, & simul idem dicit, quod nos  
per integrum sectionem I. re ipsa commonstravimus;  
addit porro: *fiunt & in australi polo, sed ibi citra illum*  
*jubar*, quæ sane verba adprime nostris conueniunt. Et  
quanquam in eo antiquorum sapere mentem videantur,  
quasi a via lactea, tanquam a causa, hæc talia sint; tamen  
id aliunde non est, quam quidem ab eiusmodi albugine,  
saepius hic existente, quæ totam regionem olim potuit *Ph. XXXL*  
*illustriorem reddere, perinde vti nostrum phænomenon* *Sect. II.*

K

itidem

(a) Conf. dissert. nostra de Noctiluca mercuriali an. ccccxvi  
heic Giessa habita. Sect. I. §. vi. p. 14.



itidem viam lacteam clariorem ex iisdem causis exhibuisse  
supra indicauimus (a).

### §. XLII.

*Concl. VI.*

Quæ per cœlum adparent in cœlo, multo magis inde deri-  
vanda sunt. Non autem singula Sect. II phænomena ob bre-  
vitatem intuemur; sed tantum illius hoc anno visi §. xxxii circum-  
stantias paulo altius rimari libet, vbi tunc reliquorum solutio  
per se erit clarissima. Nimirum currentis anni Januarius & Fe-  
bruarius non nisi blandos & februos dies exhibuit, vbi Globus  
terraqueus per Obs. I a niue & glacie liber, exhalationes per Obs. II  
copiosas in aërem, procul dubio præaltum, evexit; quia vero ob  
eiusdem caloris nimii impetum humores & exhalationes in una pla-  
ga non potuerunt consistere: mox istæ ad vicinorem plagam siccis  
aëris condensati Obs. V particulis maxime compressam i. e. Bore-  
alem recesserunt. Sunt autem tales humores & exhalationes variae  
constitutionis per Obs. III: hinc mirum non est, si acceden-  
te tempore nocturno, recessit calor solaris, & aëris altitudo  
in platis æquatori viciniis, frigidior, sive quod idem est,  
aëris noster depressior factus: imo, quod præcipuum, ille aëris Bo-  
realis circum circa compressus antea, cum suis exhalationibus variae

*Resol. Ph. I.* constitutionis nunc expansus ph. xliv, per modum circellarum sic per  
ph. XXVII. Obs. IV coruscos in sua superficie arcus, interdum unum & perpe-  
tuum ph. II, XVII, XXIV, interdum duos ph. XXVI, & tres ph.

*Concl. VII.* XXVII, XXXI exhibuit. Vnde & stellæ septentrionales minimæ  
potuerunt per aërem, alibi tam siccum quam serenum, adparere ph.  
XXX, XXXVII, & quidem in segmento nigro non prius, quam ter-

*Concl. VIII.* tius arcus adparuit phæn. XXX. Cum porro exhalationes terrestres  
etiam eiusmodi constitutionis Obs. III sint, ut verum ignem exhi-  
buerint in nonnullorum oculis, in aliorum quasi fumum lucen-  
tem eine dünne helle Wölke/ auf der andern extremite einen dun-  
kelnen Dampf/ qualem in arcu Perillust. ac Generosiss. L. Baro de

*Concl. IX.* Löwenstern obseruabit; nullum est dubium, quin hæc ipsa ex-  
sulphureis particulis ph. XX & aliis, præterea accensis deriuanda sint;  
imo faces & trabes illas aliae ignita corpora in Sect. I adducta, inde  
deriuanda esse, quis negat? Tales insuper exhalationes in Bore-  
ventos

---

(a) Conf. CARTESIUS in meteorol. lib. c. III, IX. p. m. 227.



ventos, præsetim superiores, excitarunt vi Conclus. VII Sect. II & XXXII; quare nemo non inde arcuum istorum *accrescentiam* Concl. XI. & *decrecentiam* ph. XXIX, XL istorum *depressions*, quos itidem Perillustris Liber Baro de Löwenstern præ aliis optime ob- Concl. XII. seruauit ph. XXXVII, itemqnc *rupturas* ph. II maxime vero huius splendorem & luculam ex Obs. XI aestimabit, iterum sane non aliter Concl. XII. factam, ac luculam merculialem videmus, toties coruscantem, quoties motus accedit, qui condescendentem mercurium in instrumento repellit, in cuius dein caua superfie semper coruscatio fit. Quod Concl. XIII. autem res ita, ut in mercurio, se habere queat, insimul ex Obs. XII patet, vna cum illa pariter phænomeni Barometralis resolutione, quæ RAMACINIVM, FRANC. de LANA, MARIOTTE & alios tenuit, qui scil. fiat, & subito exortis ventis Borealibus mercurius adeo præaltus hæreat? Hi enim venti multas secum particulas crassiores & congelatas quasi ferentes, possunt nihilo minus aërem nostrum, vtut pluuiosum, gravitare & mercurium exaltare. Interea Concl. XIV. radios illos e septentrione ad verticem nostrum adeo mire pergentes & dimicantes quasi, arcum & segmentum obscurum inquietantes, ex eodem aëre ibidem concluso, deriuamus, qui vi Obs. VII sufflatus, non potuit non tales hinc inde lusos stupendos edere ascensu suo & descensu, vt etiam fuerint, qui delapsos globos e nubibus iterum receptos vidisse dixerint §. XVI commonstrante CARTESIO l. c. p. 236 ex cuius etiam metrororum resolutione illa constabat quæ Sect. I. ph. I. II. III. adducta fuerunt, quæ tamen obbreuitatem hic præterimus. Cum insuper eiusmodi exhalationes, præsertim salinæ, nitrofæ & sulphuræ accensæ stridorem, atque sonum edere queant; mirum non est, si talem heic ph. XLIII atque alibi ph. XXIII Concl. III Sect. I. obseruarunt alii.

## §. XLIII.

Ex his igitur inuicem collatis, nemo non sibi forte per- Concl. XVII. suadebit coruscationes omnino prædicti posse, sicuti nos ipsi tales prædictissim §. XXXVI I indicauimus. Præfertim vero si ad nostrum ibidem suasum plures cum tempore instituantur obseruationes, si cum ipsis coruscationibus non quævis confundantur chasmata, multo minus illa singularia Dei T. O. M. cuncta dirigentis, iræ & gratiæ signa, quale ph. IX Sect. I. & alibi exhibentur. Imo quo- Concl. XVIII. que vt HIPPOCRATES olim & HERODOTVS ad varias tempe- statum



statum & aëris mutationes ac differentias ventorum peculiares, in  
 certis individuis etiam malignos morbos subortos fuisse refert: ita  
**Cant. XVIII.** tales nostro ævo sagacissimus Hallensium Hippocrates, Cel. HOFF-  
 MANNVS ex professo obseruavit & alibi demonstrauit (a). Quod  
 reliquum itaque est, omnes & singulos, qui Deum & se ipsos  
 amant rogitamus, ne timeant, creaturam, vt ut interdum prodigio-  
 sam, magis, quam Creatorem, si vel maxime hunc vel in nubibus  
**Cant. XIX.** sedentem (b) creatura misera, vel in cruce pendentem exhibuisse  
 dicatur: in cœlo enim est, & cuncta gubernat, & non nisi suorum sa-  
 lutem, liberationem & aduentum suum meditatur. Nec etiam natu-  
 ram veluti, DEI opus, negligant: nostrum enim sub finem differ-  
 entias facimus, quod viri ap. Anglos doctissimi in iudiciis de cau-  
 sis naturali pluviae purpureæ Bruxellensis (c) dicunt: *cum ad omnes*  
*alias sanguine famosas pluvias voluit pertinere PEiresckivs,*  
*fecisse illum, quod potuit, non potuisse, quod voluit.*  
 T A N T V M

(a) In egregia dissert. de potentia ventorum in corpus humaqum Hallæ  
Saxonum hab. an. 1510cc.

(b) LYCOSTENES l. c. fol. 642.

(c) Edita hæc sunt Londini 1515cv, in 8vo.

Errata: Pag. 4 lin. 14 & 22 leg. coruscatio. p. 12 l. 31 dedit. p. 20 l. 4 diundi-  
 candum. p. 22 l. 9 incolarum. p. 27 l. 24 intuitos. p. 29 l. 24 Parisiaco. p. 31 l. 1  
 coruscatio. p. 42 l. 13 globi. p. 37 l. 17 mugitum. p. 38 l. 16 boatus. p. 44 l. 17  
 colligere. p. 64 l. 7 Toscana, &c.



VIRO IVVENI  
POLITISSIMO, NOBILISSIMO  
ET EGREGIE DOCTO,  
DOMINO RESPONDENTI  
S. P. D.  
PRÆSES.

**S**ingulare Dei & naturæ donum est, præclaro loco & genere nasci, nec id sane minus, doctis educari Parentibus: sicut dem doctrina & artes in se nobilitant, imo prorsus suos cultores immortales reddunt. Quare felices omnino Parentes & liberi ipse censendi sunt, quotiescumque illi hos in vita respiciunt, & hi contra quoties illorum egregia ingenii molimina adspiciunt semper immortalia & ab aliis respici & estimari percipiunt. Egregium nobis, Carissime WEBERE, exemplum præbes, imo ita præbes, ut nesciam, utrum TIBI, an PARENTI magis, quam quidem toti eruditorum choro gratulari debeam? TIBI quidem gratulor ob Doctissimum & Consultissimum Parentem, Virum cuius laudes & egregia merita non in Germania finibus harent, sed ipsa maria transseunt. PARENTI gratulor ob Filium laudabili peraque nisu suorum tramites prementem, in quo suas corporis animique vires, tantum non inter labores quam publicos tam priuatos consumtas, reuiuiscere, & adolescere intuetur. Sciunt enim omnes quantum profeceris, Optime WEBERE, ut quasi perinde TIBI sit, argumentum ex quo cumque scientiarum generis grauissimum & eligere & scite defendere. Et sic quidem intra breve temporis spatium ex physica sub umbone Experientissimi Doctoris Medici, ex Iurisprudentia uniuersali præ-



präsidente Magnifico atque summo Academia nostra iurium  
Antistite, & nunc quoque ex Matheſi & Historia TVAS  
summo omnium adplausu probasti vires, quid tandem? Ec-  
cur non optimo huic Musarum Choro gratulari debeam? Imo  
debeo, & vñice voueo, velit DEUS T.O.M. Consultissimum  
& Excellentissimum Domn. Parentem Collegam, Fautorem  
& Amicum honoratissimum una cum splendidissima Familia  
in annos seruare! velit Studiis TVIS benedicere, TE que  
magnum bonarum artium atque iurium aliquando antisti-  
tem, quem in TE vere auguror, constituere! ita ut in  
TE omnes Optimum semper Parentem videant & venerari  
debeant: ego quoque & omnes habeamus, in quo tam egregio  
bonarum artium assertore semper gaudere queamus! Vale.

Scrib. Giessæ d. xv Octobr.

ccccxxi.

